

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 G
11

IOANNIS
ORDELAPHI
IVRISCONSVLTI PISAVRENSIS, ATQ. EQVITIS AVRATI,
In Legem Finalem. ff. De rei vindicatione
PARTHENIVS.

IN QVO PRÆTER PROPRIAM, AC PECVLIAREM eius legis materiam egregiè multa, tùm ad ornatum, tùm ad eruditionem de Veritate in detestationem mendacij, & de notis Negatiuis, Interrogatiuisq. complectuntur, versantibus in foro apprimè vtilia, & per quam necessaria.

Vnà cum Indice locupletissimo ordine Alphabetico confecto.

Ac Summario omnibus suis numeris absoluto.



FERRARIAE. M. DC. VIII.

Apud Victorium Baldinum, Typographum Cameralem.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
D. FERDINANDO GONZAGÆ
AVSTRIACO,
S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO,
Patrono, ac Mecœnati Optimo.

Ioannes Ordelaphus Iuriſconſultus Piſaurenſis
Æternam Fœlicitatem.





A EST *animi tui præſtantia (*PRINCEPS EXCELSO LOCO NATVS*) vt vbique etiam ignotos ad te allicias; tibiq́ue arctiſſimo deuotionis vinculo planè deuincias: Et cum inſpexerimus te ab ineunte ætate, tum ſingulari prudentia, morumq́ue grauitate præditum; tum bonarū Artium ſtudijs addictum eſſe; Verumq́ue* GONZAGHIACAE *Domus ſplendorem tecum adoleſcere; Non ſanè admirari non poſſumus tantum naturam eniti potuiſſe. Etenim vix Adoleſcentē adhuc vidimus te Virtutis acerrimum defenſorem; Admirabile morum exemplar; Chriſtianæq. Politiæ (digne Principe, dignæq. Natalibus tuis) Conſeruatorem; Qui non aliqua leuitate, ludicrisq́. nouitatibus commoueris; Sed nulla labe inquinatus, nulla ſenſuum prauitate præpeditus ad ſummum decus properas. Et cum ad magna, & præclara natus ſis; Magnis etiam, præclariſſimisq́ue Virtutibus ad magna, & præclara peragenda Natura te exornare voluit. Acceſſit magna cura, ac diligentia Sereniſſimorum tuorum Parentum, qui quò præclariſſimis Artibus melius imbuereris; Te ad*

instar alterius Achillis prudentissimis viris, Scientia, Sapientia, Probitate, ac Iustitia, quasi tot Chironibus erudiendum, atq. educandum tradiderunt; Non loquor de prisca tui generis Nobilitate qua maxime nites: Quodq. Sereniss. VINCENTII *Alta propago sis, qui ità vnus inuictus est, vt ab eo etiam ipsius Victoriæ conditio visq. deuicta sit: Serenissimi* GVLIELMI *Nepos, cuius etiam mortui Nomen splendori, ac decori est Vrbi, atque Orbi, (cuius tanta tibi copia suppetit, vt siue Paternum, siue Maternum genus inspiciamus, ea vndiq. fulgeas: Notus est fermè antiquus Gonzagiacæ Domus splendor, quantumque ipsa semper eximiè propagata fuerit, cuius præclarissimi Heroes semper eum vitæ cursum tenuerunt, vt & honoribus, & rerum gestarum gloria omni tempore, & omni loco vsquequaque floruerint: Et ex qua dignis semper copulata connubijs; (nam & Sereniss.* FRANCISCVS GONZAGA *Princeps frater tuus amantissimus, animi non degeneris, nuper Sereniss. Principem* MARGHERITAM SABAVDAM, *ex Nobilissima Allobrogum Ducum, Subalpinarumq. Regionum Principum Prosapia, Regali Sanguine natam, fælici sibi iunxit coniugio) tot belli Duces; tot fortissimi Exercitus Imperatores; totque Amplissimi Cardinales (inter quos tu Illustrissime Princeps) exierunt. Notum est* MEDICEAE *Familiæ Decus, ex qua tot magnanimi Heroes, tot inuictissimi Principes, totq. Summi Pontifices (inter quos gemini Leones) prodierunt: Et quæ geminis illis fratribus Cosma, & Damiano, à qua originem traxisse ferunt, tanquàm stellis fulgentissimis in Cælo micantibus, Medicis Excellentissimis, Gloriosissimisq. Martyribus gloriatur: Etenim Cosmi frequens est in ea Familia Nomen, eorumq. Corpora in inclyta ipsa Florentina Ciuitate, cuius Tutelares & indigetes sunt asseruari creduntur. Et à quorum Arte Peonia, Mediceum Cognomen forsan sortita est; Ad quos conuersus Mantuanus ille Vates, sic ore profatur.*

O gemini fratres, qui per discrimina Vitæ
Mortalis, veluti fluctus, iactata per Altos

Nauis

Nauis ad Astriferi Portum venistis Olympi:
Terrigenis precor este boni; Pacate furorem
Armorum; Et tantum effundi prohibete cruorem.
Vertite ad Etruscas, etiam Pia lumina gentes;
Et seruate Lares Medicum, qui stirpe feruntur,
A vestra traxisse genus! seruate Leonem
Pontificem Summum; Generis qui maxima tanti est
Gloria, qui terris, Cœlo demissus ab alto est
Vt fugiet ærumnas, totumq. refrigeret Orbem.

Quod si Auitum genus inspiciamus à gloriosissimis Imperatoribus ortum ducis; Et summi Reges sunt tibi magna affinitate coniuncti: Vnde ni in Cœlum conscendas maior gloriæ cumulus tibi addi non potest: Quod si loquor de admirabili Prudentia tua, de tua summa Sapientia, deq. in Deũ immortalem Religione, quibus tu, tuisq. omnibus, qui prudentissimi, ac sapientissimi semper fuerunt, facilè præstas.

Non laudatur Tymothæus à Suida, & Cicerone, quod Cononis inclyti Atheniensium Ducis fuerit filius; sed quod acceptam à Patre Nobilitatem, & gloriam proprijs virtutibus auxerit. Et cum talis in te indoles sit certa spes concipitur, vt cũ ad prouectiorem ætatem perueneris, summos Dis honores adepturus. Ex oculis nanque, ex vultu, ex sermone, demumq. ex humanitate tua optimè cõspicitur, talem te fore, qualem omnes prænunciant. Virtute scilicet ac prudentia Maiores tuos quibus in Italia nihil est illustrius æquaturũ, & penè superaturum esse.

In summa præstitisti te talem qualis omnibus à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis cognitus es; Itaut de te iure dici valeat.

Te ne in Acidalijs aluit Venus aurea Campis?
Te ne sub Idalio pauit Amor nemore?

Conijciendumq. sit Lunam in tui Ortu à Ioue ad Venerem defluxisse; In teque (prout omnium hominum fermè opinio fuit) Cardinalitiam dignitatem solitum eius cursum repetituram fuisse, & quod aliquantulum intermissum videbatur in te reassumpturum.

Sanequam sæculis ab hinc multis, per longam annorum seriem nun-

nunquam euenit, quin aliquis ex Nobilissima Gonzaghiaca Domo in cætum Cardinalium ascitus fuerit. Etenim Summi Pontifices semper aliquem ex ea, tùm ad exornandum, tùm ad amplificandum Sacratissimum illum Ordinem in Purpuratorum numero esse voluerunt, Qui quantum sibi ipsis splendoris, Quantum Sanctæ Apostolicæ Sedi Ornamenti, Vniuersæq. Christianæ Reipublicæ opis, adiumentiq. semper attulerint, vberrimus certè ad hoc explicandum eloquentiæ fons requireretur. Et nulla quippe quidem Nobilissimorum tuorum Progenitorum successio fuit, ex qua non aliquis in Cardinalium numerum ascitus fuerit; Itaut porro dici valeat Gonzaghiacam Familiam, Seminarium quodam modo Cardinalitiæ dignitatis vsquequaque extitisse: Et tres vno, & eodem tempore ex hac inclyta Domo Cardinales fuerunt.

Et vt à Francisco Ludouici Secundi Marchionis Mantuæ filio, exordiar; Is propter singularem probitatem, morumq. elegantiam à Pio II. Pont. Max. Cardinalis creatus fuit: Sigismundus Federici Marchionis Tertij, illius successoris filius; itidem ob egregiam eius prudentiam, eximiasq. animi dotes à Iulio II. eadem dignitate decoratus: Et cum ei successisset Franciscus ille Magnus tot partis victorijs clarus, & qui magnis legionibus imperitauit, Hercules filius à Clemente Septimo in idem Amplissimum Collegium cooptatus fuit. Qui qualis semper extiterit eius gesta facilè ostendunt, Roma vidit, Italia conspexit, & remotissimæ quæque Nationes, lingua, moribus, ingenioq. dissimiles, quibus tanta Cardinalis Præstantia impartita est; quæque in arduis rebus saluberrima eius consilia expertæ sunt, admiratæ fuerunt. Cuiusq. præclara gesta, ita per se ipsa emicant, vt adhuc in hominum memoria nullo vnquàm tempore inter moritura facilè euigilent.

Is ita naturæ munere præclarus extitit, vt in eo læta grauitas, sublimis maiestas, robur inuictum, consultus ad ardua quæque impetus, & probatæ mentis amabile pondus extiterit. Qui & ad Ecclesiasticam dignitatem tuendam, amplificandamq. miro pietatis studio incubuit;

cubuit; Nec solùm innumerabilia in omni eius vita, in quocunque publico, vel priuato munere obeundo, peregit incorruptæ semper innocentiæ multis, magnisq. rebus spectatæ fidei testimonium relinquens; sed quod maximum est intrinsecus etiam supra virtutis humanæ conditionem se ipsum ita formauit, vt omni perturbatione sedatum, eundem omnes semper viderint.

Is ob singularem eius benignitatem, in rebusq. agendis fidem, prudentiam, ac dexteritatem cum omnium oculos in se coniectos haberet; & pro exitiosa illa animarum peste, quæ tunc sæuiebat (ita enim sæcula illa Deo permittente tulerunt, vt Christiana Respub. propter hominum scelera vexaretur) Oecumenicum illud Trident. Concilium conuocatum fuisset; & præficiendus esset ei optimus aliquis qui summa eius probitate, ac præstantia difficillimis illis temporibus illud regeret, ac gubernaret: Ipse ei Præfectus fuit; Reputatum enim fuit in tanto munere obeundo talem eum futurum, vt alterius Alcidis ad instar quem communis tunc fama beneficiorum in cœlestium Concilio collocauit, Terribilem illam hydram hæreticorum, quæ tunc capita decem extollebat, falsorum eius dogmatnm sua virtutis claua prosterneret: Nec enim aliquem fefellit opinio, talis nanque fuit qualem omnium vota exoptabant, & opinata sunt; Qui nedum donec ipsius Concilij clauum tenebat, illud sapientissimè rexit; Verum summa eius vigilantia, alto consilio, ac prudentia, non sine immortali eius laude, & gloria sua, postmodum optatum finem sortitum fuit. Quod quantum vtilitatis, commoditatisq. toti Orbi, Christianæq. Reipub. attulerit, fructus quos vberrimos ex eo etiam quotidie percipimus, facilè ostendunt. Etenim & per illud (immensa Dei benignitate) pristinæ integritati, antiquo candori, veræq. puritati, Ecclesiastica disciplina restituta fuit, & perniciosæ ipsæ hæreses confusæ, ac confutatæ fuerunt.

Liceat mihi quæso (Cardinalis Amplissime) absque tuarum purgatissimarum aurium detrimento, te quidem laudando, laudes etiam recensere tuorum; docent nanque & Sacræ Litteræ, non solùm mores in ijs qui prædicabiles sunt; Verumetiam Parentes eius laudari oportere;

tere; vt veluti transmissa immaculatæ puritatis hæreditas in his quos laudare volumus præcellat; Plenaq. est laudatio quæ genus, mores, officium, factum, & iudicium comprehendit: Sic Præcursor Christi Ioannes à Parentibus laudatur: Sic Samuel ab Anna matre: Sic Isaac à Parentibus Pietatis Nobilitatem accepit, quam posteris dereliquit; Vt tuæ Nobilitatis gloria, non Sæculari tantùm Potestate sublimis, sed Religionis successione, venerabilis iudicetur: Tales nanque habes Maiores tuos, vt tibi non repente concepta, sed à Maioribus etiam qui summa Pietate fulserunt acceptam, tibique infusam, iure optimo glorieris.

Sed quorsum hæc? vt igitur vnde discessit reuertatur Oratio; Non omiserunt alij Summi Pontifices alijs successiuis temporibus, alios etiam ex hac Nobilissima Familia in Purpuratorum numerum assumere: Nam Pius Quartus, Federicum Federici Primi Ducis Mantuæ filium ad Cardinalatus apicem assumpsit: Et quamuis tempore Sereniss. Gulielmi Ducis (recordationis gloriosissimæ) Aui tui amantissimi, id aliquantulum intermissum videretur; Id fuit quia præter Sereniss. Genitorem tuum, qui ad eam dignitatem capescendam promoueri posset ei nullus extitit; & ipse ad Alte propagandum Nobilissimum hoc genus, & benè, beateq. regendum creditas sibi à Deo Nationes, amplissimumque eius Dominium vocabatur.

Veruntamen non omiserunt alios ex hac inclyta Domo ad ipsam dignitatem asciscere: Nam Gregorius XIII. Ioannem Vincentium Gonzagam, & ante ipsum Pius IIII. alterum Franciscum Ferdinandi filios, & longè anteà idem Clemens Pyrrum Cardinales creauerunt; Sixtusque Quintus Scipionem Gonzagam in illud cœtum cooptauit; Qui & ipse qualis semper extiterit ardua quæque per eum honorificentissimè pertractata, & nobilissimè peracta facilè ostendunt; qui decus egregium, columenq. Familiæ suæ ita se bonis moribus formauit, vt alter Aristides, Aristomenesq. iustitia, sapientia, ac prudentia habitus fuerit; Non minori pietate fulget frater eius Franciscus Mantuanæ Ecclesiæ Antistes quem in Presulem habere Mantuana ipsa Ciuitas maximoperè

moperè gloriatur, dignus vt & ipse lana muriceo tincta colore micet.

Tu modo (Illustriß. Princeps) ex hac fęlici sobole pulcherrimum hunc ordinem continuasti, in teq. suum cursum repetijt, & te tantum manebat fastigium, vnde Paulus V. meritorum excellentiam præno-scens ad illud te euexit, ex quo posteà voluentib. annis his virtutibus suffultus ad tergeminos honores aditum tibi patefacias: Quod tanta hominum expectatione factum est, quantum dignissimus ab omnibus semper reputatus fuisti; In te.n.non degener animus conspicitur emittis nanq. flosculos ingenuæ nobilitatis tuę, qui cum in dies crescant, in dies etiam fragrantius spirant: Tu tu magnam imitandi Herculem ipsum Cardinalem, cuius uiuidam animi imaginem geris spem sustines.

Deerat, vt & tantæ Nobilitati politica ipsa, seu sancta redderetur Nobilitas, & ecce quod temporibus nostris Aloysius Gonzaga huiusce fertilissimæ vitis nobilissimus Palmes ea addidit; Qui cum principari potuisset sæculo, sceptris, & corona derelictis, Piam Jesuitarum Religionem ingressus, ità sanctitate, & iustitia coram Deo ministrando in ea profecit, vt post eius obitum, vel potius in cœlum ascensum, vita, & miraculis clarum, Idem Paulus V. in numerum Beatorum retulerit, alios huiusce inclytæ Domus sanctitate præclaros, consultò ommitto, ne sim sera coronide longus.

Silentio haud pętermitto, quod in Celtis etiam Nobilissimæ Familiæ tuæ Duces imperant, sceptra tenent, iuraq. populis multis dant. Isthæc quidem me tibi deuouerunt, & cum mensibus elapsis inter consulendum, ac iudicandum aliqua ad Legem Finalem.ff. de rei vindicatione collegerim, fortasse versantib. in foro non inutilia, nec ità forsan hactenus ab aliquo decantata; Adq. vmbilicum Deo fauente perduxerim: Eaq. typis cudenda decreuißem, erat mihi deligendus aliquis sub cuius patrocinio, ac fœlici nomine, tutò aduersus obtrectatorum morsus, qui tunc se scire putant, cum alienos labores Theonino dente lacessunt prodirent: Fœlicissimum, Augustissimumq́. tuum Nomen delegi, subq́ue tuo Numine, ac Nomine quasi ΠΑΡΘΕ'ΝΙΟΝ *apparere volui, vt tanto suffulta præsidio ab omni externę inuidiæ no-*

curiento tuta maneant: Et sicuti pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos ac delectat, hoc ipso quod in se omnes partes quodam lepore conueniunt, ita animi pulchritudo mouet animos ad amandum, quem virtutibus conspicuum cernunt.

Igitur (humanissime Princeps) tu qui litterarum disciplinis addictus, omnes blande admittis, humanaq́. colligis, & vt ita dicam, facilè te litterarum studiosis obuiam prabes, Patronum, optimumq́ue Mecœnatem te illis ostendendo. Egregias virtutes tuas sectando; Ne tibi ipsi, summaq́. Nobilitati tua deesse videaris; has meas qualescunque sint lucubrationes, hilari quo soles vultu accipito; qua ni digna tua Nobilitate, dignaq́. Natalibus tuis, ac purgatissimis auribus existent; Magna tamen erga te mea Deuotionis, atque Obseruantia signum erunt: Et qua ni exculto Studio, Attica eloquentia, Adq́ue Aristophanis, & Cleantis lucernam elucubrata erunt; luminaribus Verborum, rerumq́ue sententijs illustrata, quibus tu maximè delectaris, ac maximè prapolitus existis. Cum in his tamen, de summis laudibus Veritatis, cuius tu (prout magnum Principem decet) tàm egregius cultor es: Rursus & de Mendacij, Malitiaq́. Proteruitate à suscepto argumento, haud discedendo, quam tu tantopere odio prosequeris; Et cum ea sit animi tui ingenuitas, vt Bonos laudare, & Malos depellere assuetus sis; Libellum fortassè probabis in quo non iniucunda in ipsius Veritatis Praconium; qua vbique laudanda est, & non pauca de ipso Mendacio, atque Malitia, qua vbique vituperanda est perspicies. Eum si probaueris: Ab alijs quos non obtrectatores, sed socios, & consortes mei huiusce laboris habere deberem, facilè improbari patiar. Vale saculi nostri Decus & Gloria. Mantua Idibus Octobris CIↃ. IↃC. VIII.

IOANNES ORDELAPHVS
I. V. D. PISAVRENSIS,
Erudito, bonisq. Artibus expolito Lectori
S. D.



ANEQVAM arbitror (Amantissime Lector) non defuturos (ita sunt rabida hominum ingenia, deprauati mores, pronaq. semper ad malè sentiendum iudicia) qui opus hoc meum reprehendant, inanisq. gloria studio ascribant, quod librum inutilem in lucem prodire, & non potius in tenebris delitescere voluerim; Lectorem inani hac superuacaneaq. lectione onerando: Neque enim sum nescius scriptorum opera huic infęlicitati esse subiecta, vt habeant semper sugillatores, sicuti vestes tineas, & ligna cariem, à quibus erodantur; Nihilq. tam doctè, atque elegantèr dictum, scriptumve legitur, quod detractorum supercilium euadere possit, & nulla est tam modesta fœlicitas, qua malignitatis dentes vitare valeat.

Incassum ast laricem caries consumere morsu
Tentat iners liquidis, neque Alnus marcet in vndis.

Equidem ab inani gloria vsquequaque alienus fui, suoq. tenus pugillari, breuibusq. pagellis librum hunc exaraui. Verum caueant ipsi ne dum mea hac scripta lacerant, sibi ipsis blandientes, qua in me corrigere credunt incurrant; autumentq. sic mea facta lacerando gloriam, & honorem adipisci; popularisq. aura capescenda sollicita anxietate commoti, quę ipsi non potuerunt, fortasse à me peracta aspernentur; duplicem quidem Sapientis operationem esse scio, Alteram non mentiri, Alteram non mentientem detegere posse: Non mentiantur indicando, & detegant me mentientem si poterunt, & videbuntur sapientes: Atqui nedum in aliquo me fuisse mentitum non detegent; Verum optimum ipsius veritatis cultorem, acerrimumq. mendacij insecutorem deprehendent; Qui ab argumento suscepti operis nō discedendo, qua in commendationem ipsius veritatis; rursus & detestationem Malitia, atque Mendacij dici, aut excogitari possunt (prout imbecilles meæ passa sunt vires) coegi asperrimum Persecutorem ipsius Malitia me ostendendo: Quod & si in aliquo specie recti deceptum me forsan fefellisset opinio, nec ob id etiam Mendax dici possem, quia mendacio non adhæsit voluntas; & mendax non dicitur quem mens non facit esse mendacem: Quid mali feci? Vtilem studiosis laborem suscepi, & qua varijs sunt dispersa locis in vnū collegi, vnde illos fortasse hoc fasce leuabo.

Equidem noui hominem nasci ad laborem, sicuti auem ad volatum, Laboraui, & laborando Senecæ consilium capi, vt cum viderim alios mihi elaborauisse, ego alijs laborarem, & ne sim rana Seriphia loqui volui: Nanque dedit Dominus mihi linguam mercedem meam, & ego in ipsa laudabo eum. Eccl.vlt. *Quod si non prodero facultas non voluntas deerit; feci quod potui, vnde legem adimpleui: Memor sum illius Musonis à Gellio relati, quod & de Marco Portio Catone legitur; qui adhortando, Numantes Milites dicebat: Cogitate si per laborem, vel studium aliquid rectè feceritis, quod labor ille cito à vobis abibit; benefactum autem nunquàm recedet, sed si quid per voluptatem nequiter egeritis, voluptas illa ocyus recedet; nequiter autem factum semper durabit. Et cum dicatur,*

Viuitur ingenio, cætera Mortis erunt.

Nihil est quod post mortem hominis famam magis conseruet quam scripta; Nanque ruunt ædificia, alienantur, permutantur, varijsq; modis à successoribus reformantur; propter quod fama primi ædificatoris consumitur. Vnde inquit Seneca, ad ædificandum te cogat necessitas non voluntas adducat: Et nihil est manufactum quod non aut vetustas conficiat, aut vis subruat, aut ignis exurat; At scripta memoriam Scriptoris conseruant.

Et memorem famam qui benè gessit habet. *Inquit Ouidius.*

Hominis vita ad instar ferri se habet.

Ferrum si exerceatur, conteritur; si non exerceatur rubigine consumitur: Sic hominis vita, seu ingenium exercendo quidem conteritur; non exercendo torpore consumitur, malo exercendo conteri, quam inertia consumi.

Quodcunq; facere potest manus tua instanter operare, inquit Sap. Eccl.9. *quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud Inferos, quò tu properas, &*

Inuigilate viri, tacito nam tempora gressu
Diffugiunt, nulloq. sono conuertitur annus. *Alibi dicitur.*

Isocrates ad Regem suum Nicoclem scribens dicebat: Quod cum mortale nobis corpus sit, anima immortalis enitendum est, vt virtutibus, litterarumq; studijs posteris quã maximè prosimus, animiq; memoriam immortalem efficiamus.

Stat sua cuique dies breue & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ, sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.

Id egi, vt potui, & triplicem docendi modum seruaui, Empiricum nempe, Methodicum, & Dogmaticum; Empiricum ad praxim quantum potui referendo, Methodicum ad breuem notionem adducendo, & Dogmaticum ad rationem dictorum conuertendo.

Exempla

Exempla Clarissimorum Scriptorum Patria mea suscepi (licet acumine ingenij eis haud sim comparandus, & illis comparari si vellem, cum Rosa anemonē conferre, & Coruus Philomelā imitari viderer) qui qua sensu, & intellectu perceperunt, posteris tradiderunt, immortalem gloriam sibi ipsis comparando.

Eximij Scriptores Patria mea fuerunt, Pandulphus Collenutius Clarissimus sua tempestate Iurisconsultus, & Historicus non vulgaris, qui gloriosa Parthenopaeorum Regum gesta eloquentissimè conscripsit: Ioannes Iacobus Leonardus Comes itidem Iurisconsultus insignis, cuius subtilissima Iuris responsa inter Alberti Bruni emicant consilia: Scriptor egregius fuit Simon de Pratis, cuius doctissima monumenta satis ipsum in hominum memoria, nullo vnquam tempore intermoritura viuere faciunt.

Poeta celebres fuerunt, Guidus posthumus, & Petrus Barignanus, quos summis laudibus effert Ludouicus Areostus in suis Canticis: Longè ante ipsos floruit Accius nobilissimus Poeta Tragicus, licet Libertino Patre natus, & à quo Accium Promontorium ibi in mari protendens, Nomen accepit; Cuius Tragedias grauitate sententiarum, verborum pondere, & personaram sublimitate, clarissimas, Quintilianus esse attestatur; quasq; summopere commendat Cicero in Epistolis ad Atticum: Et Decimus Brutus vir Amplissimus, Templorum, ac monumentorum suorum aditus, suis Carminibus exornauit, quicquid Licinius ob sermonis duritiem ferreum eum esse scriptorem asserat; Etenim quas ex Sophocle in Latinum conuertit contrarium enunciant; dicendiq; miram suauitatem ostendunt: Nec mirum etiam fuisset, nanque aliter fieri non poterat, in prima illa nascentis adhuc Poetica ruditate. De eo & habetur apud Crinitum de Poetis Latinis,

Dulcissimæ Patriæ meæ, quæ tam iocunda est, vt
Si mihi Nausichæ Patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere malo meos.

Gloriam non modicam affert Iason Maynus, cui licet Pater insuber; Natale tamen solum, vbi & cunabula habuit Pisaurum extitit: Fuit & annis bis centum, & vltra, Santes Ardoynus Philosophus, & Medicus insignis, Ceu Chiron alter Podalirius, atque Melampus: Qui inter alia, de Venenis grande volumen edidit. Fuerunt & hisce temporibus nostris Pompeius Pacius concinnis Poeta Saphicus, & Iurisconsultus Clarissimus: Et Guidus Vbaldus Borbonius ex Marchionibus Montis, Sancta Maria Comes, & ipse ceu alter Archimedes, atque Euclides Geometrica Machinalis, Syderalisq; scientia peritissimus; cuius Mechanica, Matheseosq; opera ipsum conspicuum reddunt: Fuit & Thomas Diplouatatius Iurisconsultus, & Scriptor egregius, qui licet origine Trax, incolatu tamen, & domicilio Pisaurensis extitit, & qui inter alia, De Veneta

Vrbis

Vrbis libertate, & eius Imperij dignitate, ac priuilegijs, pulcherrimum opus edidit, huius meminit in eius Addit. ad Bart. sub tract. de Regim. Ciuit. per me visum, ac lectum.

Pisaurum Nobilissima, ac Vetustissima Romanorum Colonia,

Cui Mœnia stant, Arxque studio fabricata superbo,
Mœnia nanque eadem fluuio sunt nomina, & Vrbi,
Quam veteres quondam, Romæ posuere Coloni.

Vt inquit Mantuanus ille Vates; Quicquid alij à pensando auro, quod Furius Camillus Gallis abstulit; seu à pensandis anulis quos Pœnus Annibal post Canensem pugnam, in testimonium victoria ad numerum trium modiorum ex digitis interfectorum detractos Carthaginem misisse volunt, quos ibi pensatos fuisse dicunt, Etenim vtrunque nugatorium existimo, quia primum aurum quod Furius Gallis abstulit ijs ad internitionem casis, Romæ pẽsatum fuit; De Secundo, Orosius non dicit, fortasse melius dixißent, Pisaurũ dictum, quia penes Isaurum fluuium positum sit, Indigenes alios in varijs facultatibus celebres Viros, Cathedraliumq; Ecclesiarum Antistites, & bellicis virtutibus claros habuit, quos etiam consulto ommitto, ne longior sim.

Nec solum ab eius antiquitate, ac pulchritudine, nanque hortulus Italia dicitur, atque à rebus in ea fortiter gestis, Pisaurum omnium Vrbium qua ad Mare superum posita sunt, pulcherrimam laudare poßem; Verumetiam, & multò magis ab inclytis eius Principibus, qui claris eorum Natalibus eã quam maximè illustrarunt: Et præsertim Serenisß. atque Inuictissimus Franciscus Maria Secundus Vrbini Dux Sextus, atque Almæ Vrbis Præfectus, quem semper honoris causa nomino; Cuius prudentiam, iustitiam, ac sapientiam in benè, beateq; regendo creditas sibi à Deo Nationes, Vigilantiam ita Mundus admiratur, vt alter Aristides Alcineus, quin potius Nerua Traianus iure optimo iudicetur; Ac Serenisß. Princeps Federicus Vbaldus eius filius, cuius genialem diem exultando his ego celebraui Carminibus.

Auricomæ Quercus sudant iam roscida mella,
Ingentesq. suæ glandes tenduntur in æuum;
Nunc Dea Flora suos per terras spargit honores,
Vt tibi nascenti Puero, sua munera præstet.
Fertè igitur flores Pueri conferte corollas
Alta, & odoriferis cunabula cingite sertis.
Prospicite vt dulci volucrum, liquida æthera cantu
Mulceat omne genus, vocesq. ad sydera mittat
Amplius haud maculant, infausta Lemuria Maium,
Vrbini decorat, Magni quem Principis ortus.

Pastor

Paſtor Vbalde tuum, ſeruat per ſæcula Nomen,
Perpetuoq. colet Tellus quam lambit Iſaurus,
Quæ mihi cara manet Patria, æternumq. manebit,
Donec fila neant, Texantq. ſtamina Parcæ.
Fortunate Puer Solamen Dulce Parentum,
Stemmata cui pulchris lucent genialibus Altis,
Sic creſcas roburq. tuum ducatur in annos
Ducitur vt viridis in fluctibus Alnus.
Teque Oriens faueat, nec deſperat Heſperus ortum,
Clara Ducum ſoboles, precibus, donatus ab Alto,
Tu Decus egregium terris quem fata tulerunt,
Diuorum vitam accipies, Diuisq. videbis,
Permixtos hæroas, & tu videberis illis,
Pacatumq. reges Patrijs virtutibus orbem,
Alter Achilles eris, claris ſpectandus in armis,
Cum firmata virum ſiſtens te fecerit ætas,
O mihi tàm longe maneat, pars vltimæ vitæ
Spiritus, & quantum ſat ſit tua facta videre,
Non ego Neſtoreos deduci ſerus ad annos,
Percupiam quamuis, nec quarta deceſſerit ætas.

Quiq. propter ſitus amenitatem, rerum omnium copiam, atque vbertatem, eorum ſedem in ea conſtituerunt, plurimisq. decorauerunt priuilegijs; & præſertim ob fidem ſemper erga ipſos egregiè cultam, Guidus Vbaldus Secundus, Dux, inſignijs glorioſæ Quercus donauit.

En memorem eius indigetes, & te glorioſe Martyr Terenti Heraclianeq. Antiſtes, en Beatos Marcum, & Michelinam, & alios, quorum glorioſa corpora ibi honorificè aſſeruantur, quorumq. interceſſionibus eam ab imminentibus malis cuſtodiri creditur; & hæc etiam ſilentio ommitto.

Imitatus fui agrum qui ſemen quod habet emittit, Ingenij mei agellus ſterilis eſt, ſteriles fructus producit, illud mihi ne diceretur vitare volui.

Vidi iam iuuenem præmeret cum ſenior ætas,
Merentem ſtultos præterijſſe dies.

Hoc ſolamine fretus, vt nullus liber tàm malus ſit, cui non inſit aliquid boni libri non ſine labore conficiuntur, & bonorũ laborum glorioſus eſt fructus, atque

Ardua per preceps gloria vadit iter.

Boni elicietur aliquid ex paruo hoc meo libello, quia cũ in eo de prauitate Malitię, deq. excellentia Veritatis contra mendaciũ abundè pertractetur; proderit fortaſſe forenſia negotia pertractantib. ad cognoſcendum qualiter in cauſis eis

agendum

gendum sit; qualiterq; Veritatem potissimùm in eis amplexari, & Malitiam anquàm duras Syrtes, & infames scopulos Acroceraunia vitare; Probumq; virum maximè Christianum sequi deceat: Vel certè mihi ipsi viam ad ita agendum præscriptam esse volui; Etenim qui alios docet se ipsum instruit; & per quæ testatum erit, qualem in obiurgandis Malitijs, vanisq; litium protelationibus me ostendi, talem in sectando Veritatem semper fuisse, futurumq; esse; talis nanq; quisque præsumitur, qualem vox eum enunciat; quod semper citra aliquam animi elationem sit dictum, nam cedro semper fui digna locutus.

Reprehendent & forsan rudam dicendi phrasim, impolitumq; sermonem, quodq; latinæ linguæ candorem non seruauerim, hisce temporibus accommodatum; Et quod salebrosa isthac mea quidem sit Oratio, saltibus, sentibus, ac vepribus plena, Atqui nec in hoc ea vitio dent, quia cum res tracto forenses, & serias, forensib. uti verbis, ac salebrosis, fucamentaq; eloquentiæ deserere cogor. Ex Bartolo, nanque Baldo, Alexandro, & alijs legalis scientiæ Antistitibus, quorum ad enodandum iuris has controuersias, doctrinas sequor, verba accipere compellor; Et cum de Veritate potissimùm hic pertractetur, veritas verborum lenocinio non indiget: Et putre salsamentum amat Origanum; superuacuoq; quæritur egregia dicendi forma, vbi purus, nitidusq; sermo requiritur. Quod si in aliquo fortasse niteret opusculum, non ego quæso aliquibus offendar maculis: Sint versicula neui, vis ne ob id interitui dare opus? & interire scriptorem? Ex malis oportet excerpere, si quid inest boni, non autem ex bonis, si quid inest mali; Dum solùm spectator es, Comædos ne irrideas, quia si nodum in scirpo quæris, in magnis quoque Auctoribus vitia deprehendes, Nec Iason, nec Decius, nec alij Classici Doctores absq; critica reprehensione abibunt.

Calculis discoloribus, si intendis latrunculatorum errores facilè cognoscere posse arbitraberis, at si lusor eris non ità forsan te te consules; an Tibicines, ijq; qui fidibus vtuntur multitudinis arbitrio, et non suo cantus, numerosq; moderantur? Et cum difficilè sit omnib. satisfacere, qui vt plurimum noua quæq; contemnere, & magis placita, quam sequenda conquirere solent, nec docenda desiderare, & magis opinioni, quam rationi voluntatem accommodant; eorum reprehensiones floccipendam. Doleo benè iniquam hanc temporum conditionem quod omnibus placere non possim; sed solamen accipio, quod (vt in veteri adagio est) nec etiam Iuppiter omnibus placet, & quod Maroni, & Flacco impudens non pepercit Meuius: Sanequã arbitror multis Sagittarijs me exposuisse; At aurea quæso sint tela non plumbea.

Suspicor & affore alios qui ꝙ legem iam desuetã interpretandam curauerim damnẽt, cũ aliam praxim ab ea diuersam vsus iam introduxerit, Sed & in hoc errant etenim nõ ob id legis huiusce vsus in desuetudinẽ abijt, qui immo adhuc

viget,

viget, in viridiq. obseruātia existit; & quæstiones multæ in foro versantib. vtiles, & perquā necessariæ ad causarū decisionem, defensionemq. ex ea eliciuntur.

Sinuosa porro est materia ista in qua ex singulis ipsius legis verbis multiplices sumuntur conclusiones disputabiles, scituq. digne; & in qua paratur occasio tractandi, q̄ detestanda res sit Malitia, quantumq. leges illa abhorreant, ac detestentur, & quam grauiter puniant mendacium: Quantum ex diuerso amplexetur veritatem: De Notis negatiuis, interrogatiuisq. & qualiter ea nostris conceptibus accommodentur, nullo hactenus in loco sic distinctè pertractatis, quod ad sciscitandum hominum voluntates, probeq. eas interpretandum scire optimè conducit; & alijs quæ perlegendo optimè videri poterunt.

Non igitur ineptus liber iste erit, in quo aptè omnia apponuntur: Non etiam cuiq̄ pigro, aut non multum docto inutilis, cum vtrisq. viam ad perquirendum ipsam veritatē possidenti eam retinendi, non possidenti conquirēdi eam aperiat. Erit liber hic ad instar speculi; speculum repræsentat res prout sunt; Intueatur in speculum formosus, formosum repræsentabit; Intueatur deformis, deformem se conspiciet: Sic librum hunc legat veritatis amator, Auctoris solertiam commendabit, qui verax est, veritatisq. explanator; Intueatur obtrectator, minusve amator veritatis, & solitus calumniari, detractarique, obtrectatorem, calumniatoremq. repræsentabit, & maleuolum, cui dici poterit illud Nasonis.

Quid quemque decebit
Eligat & speculum consulat ipse suum.

Speculum sit sine macula, speculum exemplum dicitur, Assentari nolo, quia vtrunque veritati aduersatur, illud quidem fœdus crimen seruitutis est, istud falsa species libertatis: Non ob id tamen correctionem effugio, sed pium vellem habere Lectorem, qui prius legat non solùm animo attento, sed etiam benigno, & ab omni maleuolentia libero, ac soluto, & multa etiam condonet imbecillitatim ingenij mei, ni sit elaboratus ad pedem, in summa sint sine dente sales, memor quod peruersi est ante esse damnatorem, quam cognitorem.

Et cum hic de laudibus veritatis potissimùm pertractetur, vt veritati ipsi locus sit efficiat; sed vtinā veritas tot saltem haberet inuentores, quot habet contradictores: Et cum institutum meum fuerit in hoc opere peragendo, fronsque ipsius ostendit, malitiam à cordibus hominū depellere, malitiam à Lectore abesse cupio, quæ cum expultrix bonitatis sit; quinimmo bonitati ipsi aduersetur absq. bonitate, ac veritate rectè iudicari non potest; Etenim à veritate, ac bonitate nihil mali procedere potest, bonitatem amplectatur, & æqui, boniq. consulet, cessabitq. obtrectatio, atq. inuidia. Cæterum sic habeto veritati, bonitatiq. me ita addictum esse, vt boni omnes, veritatisq. cultores summopere me eis deuinciant; malitiosi autem acerrimum insecutorem habeant.

EIVSDEM AVCTORIS
Ad eundem Lectorem
OCTASTICON.



T profit, placeatq́. ſimul, prodit iſte libellus
Lector, ni placeat, profit at ille tamen;
Floribus intexi fructus, quò vincta placerent,
Illi etenim redolent, hi nimirum ſapiunt.
Aſpera neu temnas, incultaq́. verba laceſſes
Nam mel ſub duro cortice, dulce latet.
Frange nucem tenero, ſi quod præcluditur oſſe,
Optas nam nucleum teſtula dura tegit.

IN IBIN.

MEndaces Liber hic damnat, mendacia terret,
Argumentorum robore, carta potens:
Si legis odiſti mendacia, turpe vetabit,
Vitabitq́. nefas, os, animusq́. doli,
Si mordes librum dictis, mordebere mendax
Lingua, ſuo liuor, contrahet, ore, mala.



ILLV-

ILLVST. DOMINI DANIELIS
DABERII BELGA
Artium Liberalium, & Iur. Vtr. Doctoris
AD AVCTOREM.


RDVA molitur, summo qui iungere Cœlo
Ima potest, laudis, nec Phlegetontis eget;
Ergo bono, vero, veriq. addicta iuuentus
Quæ ORDELAPHE, tibi premia digna dabit?
Non tibi rapta polis, deducta Proserpina letho,
Orco, nec triplex inferiore canis;
At multo è varijs Doctorum lecta labore,
Munera quæ luci non patuere doces.
Quæ vis, quæ facies, verum, falsumve loquentis,
Quale scelus Monstrum, qui Bonitatis Honor.

EIVSDEM AD EVNDEM.

ODE PRIMA.

AETAS perpetuo more beatior,
Maiorum reliquos, perpetuat viros
Versu, Sydereis Orbibus inferens
Dotes ob varias ingenij, satis
Si quisquam potis est Carmine Nobilem
ORDELAPHE, tuam ferre scientiam
Cœlo perpetibus te beo laudibus.

ODE SECVNDA.

AD EVNDEM.

QVOD Virtutis opus, Duce
Te ORDELAPHE, ſuos omnia priſtinos
Quærunt, ſat Dominos, bene
Laudes, inſcitia, torpet, & inuidus
Queis, pridem, excutiat Deam,
Laudate facilem ter Sapientiæ
Vſus damnificum, improbus,
Sordentis vitium ſuſtulit ænei
Rurantis tenebras micans,
Et Phæbus radijs depulit in dies
Tu ferugineam ingenij
Labem, tu tenebras Neſcitiæ omnes
Tu Veri ſocios, tuis
Deducis ſtudijs, ad bona publica
Tanto quid tibi MINCIVS
Pro ſacræ referent Munere, quid Dea?
Cœlo perpetibus, Verum
Plectris, MANTVA te Melpomene dabunt.



GV-

GVLIELMI HVYSMANI
In librum Excell.mi D. Ioannis Ordelaphi
CARMEN.


VANTAS celet opes, ſpecioſa inſcriptio Libri
Prodit, de Veri Nomine, Nomen habens,
Quapropter minio titulus, cedroq́. notetur,
Carta quibus tantas, pertulit Auctor opes,
Deſcribis vires, & inexpugnabile VERI,
Robur, & ante oculos, ſemper habere iubes,
Execraris item Mendacis crimina linguæ,
Quam contra calamum, ſtringis, agisq́. ſtylum,
Sic decet ingenuos, vel laude minusve iuuare,
Perge dabit fructus, vtraque norma ſuos.

Ad Ioannem Ordelaphum Eximium I. V. D.
ANNIBAL SEGATIVS
TABELLIO.


RDELAPHE tuas poterit quis dicere laudes?
Quis meritis donet præmia digna tuis?
Dum deteſtaris Mendacia Turpia, per te
Res eluceſcit Vera, magisq́. nitet;
Per te magna patet, ſacrarum gloria legum,
Dum tuus aſſueto Tullius ore fluit,
Per te ſigna micant legum pulcherrima, per te
Lex Regina magis clarior efficitur.
Quid ſupereſt? legum cernas, ecce caterua,
Et læto gratis, hæc tibi corde refert.

EXI-

EXIMIO IVR. VTR. DOCT.
Atque vndequaque ornatissimo Viro D. Ioanni Ordelapho,

SCIPIO MANVBRIVS INSVLANVS

OCTASTICON.



OBILE manat opus, legum, lege collige mentis,
Munera, præclaræ Munera mentis habes:
Non melior fuluis radiat Pactolus arenis,
Nec fluit eximio ditior ære Tagus;
Totq́. suis grauidus gemmis non turget Idaspes,
Aut opibus fœlix inficit Hermus aquas;
Quot pretiosa vehit liber aureus Ornamenta
ORDELAPHE tuus, quotq́. Volumen opes.

EIVSDEM IN EVNDEM.

ERRABAT exul Veritas fictis Rea
Mendacij calumnijs,
Cum iusta causa sistit errantis gradum,
Eíque patronum indicat,
In Veritatis scilicet causa, tuus
Stylus, vicem linguæ gerit.
Hic Veritatis Crimen expungit, stylus
Hic cudit Antiquum Decus.

CER-

CERTAMINIS INTER VERVM, ET FALSVM IOANNE ORDELAPHO IVRECONSVLTO CLARISSIMO DEFENSORE.

Antonij Marescalchij de Sillano Garafonianæ

EPIGRAMMA.



ONTENDIT Falsum, Verum dimittere morti,
Ac illud verum, vitat vtrunque necem,
ORDELAPHVS ei surgit, quid iure donetur
Istorum Palma? quod cupitis Medius.
Fortibus hic armis detracto vertice falsi,
Defendit Verum, sceptraq́. gestat idem.
Proderit hoc ergo tantum Mortalibus olim
Ob fuit id quantum, fraudibus, atque dolis.

FRANCISCI VGERII PONTREMOLANI DE AVCTORE AD LECTOREM.

OCTASTICON.



E terra est Verum exortum, prospexit ab Alto
Aethere (testante Dauide) Iustitia,
Præstitit hæc (fateor) solus de Virgine Virgo,
Et Veri, & Iusti, Primus in Orbe Sator.
Proxima sed fas sit, Cœlestibus ima locari
Ex parte, atque homines assimilasse Deo.
De terra huc Verum, mira vocat Arte IOANNES
Nuper ab Aethereis, iustitiamq́ue refert.

IN

IN IOANNEM ORDELAPHVM
Iur. Vtr. Doct. Excellentissimum.
ANNIBALIS LIZZANI IVR. VTR. DOCT.
CARMEN.



IVra quid, & Sanctè conscripta volumina poscant,
Doctorum variè docuere ingenia; nullus
Iam locus exactè haud notus, iamque omnia legum
Abdita, reclusa ante oculos, & reddita luci,
Reddita, quid referam luci? reclusaq́. dicam?
Hoc mage delituit Verum, vel fugit in Auras,
Et quæ visa iterum cœlis Astrea relictis
Humanas petijsse domos, sua tendit ad Astra,
Scilicet obruimur scriptis, & copia vexat,
Quis verum, exclamant, nunc proferat? omnia leges
Exponunt, & iura crepant, cui credere certum est,
ORDELAPHE, nouo tu legibus ordine prodis,
Et quantum distet Verum, fallacibus ausis
Exprimis, sic iura viuas, sic legibus addis,
Et Decus, & precium, coniungisq́. vtile dulci.



ELEN-

ELENCHVS
DICTORVM NOTABILIVM
Quæ in hoc opere continentur.

1 *MALITIIS leges, modis omnibus occurrere student.*

2 *Iusiurandum calumniæ, Malitæ dicitur.*

3 *Malitia nihil turpius.*

4 *Sic aduersatur Bonitati, Malitia, vti Veritati Mendacium, & sicuti Iustitiæ Iniquitas.*

5 *Contraria in eodem subiecto, simul esse non possunt.*

6 *Bonæ fidei homo dicitur, qui dolum non habet.*

7 *In Iudicando, summa bonitas, & Veritas requiruntur.*

8 *Iudex Vir bonus appellatur.*

9 *Reductio ad Arbitrium boni viri, ad Iudicem, intelligitur.*

10 *Nathanael Verus Israelita, quia in eo dolus non erat dicebatur, & numero 531.*

11 *Bonafides, pro Veritate accipitur.*

12 *Bonus se ipsum habet, malus autem se ipso caret.*

13 *Malitia est, cum quis data opera, male agit.*

14 *Ius Boni, & Aequi, Ars, dicitur.*

15 *Bonafides in quibus nā rebus versetur?*

16 *Inter Bonos, bene agier oportere, Veteri Adagio dicitur.*

17 *Malitia Diabolo, proprie attribuitur.*

18 *Malitia Diaboli, peccatum intrauit in Mundum, & per peccatum Mors.*

19 *Propter hominum Malitiam, Deus Opt. Max. totum terrarum Orbem aquis Diluuij obruit.*

20 *Propra, flagitiaq; Omnia, quæ Homines faciunt, in Malitia, & nequitia consistunt.*

21 *Qua ratione suæ proteruitatis, diuersis nominibus, appellantur, vnico Malitiæ nomine dicuntur.*

22 *Statutum simpliciter responderi mandans, intelligitur hoc est sine malitia.*

23 *In Malitia sua expelletur Impius sperat autem Iustus in Morte sua.*

24 *Per Malitiam homo, occidit animā suā.*

25 *Egresus Malitiæ, Virtutis operatur ingressum.*

26 *Serpens callidior dicitur hoc est maliciosior.*

Lex humana à Diuina deriuatur, & numero 336. & punitiuæ leges ad hoc factæ sunt, vt earum metu humana conseruatur audacia tutaque sit inter improbos innocentia.

27 *In Odium Malitiosè hæreditatem adire, vel agnoscere bonorū possessionem nolentis, hæreditas, etiam non adita, ad hæredes, quoque etiam extraneos transmittitur.*

28 *Malitia publicā lætitiam exturbat; Ad quam cohibendum vsus gladij Principibus datus est.*

Maritus, qui vxori ægrotanti Medicum non adhibuit, & de medicinis, & alijs ad id opportunis, & necessarijs non prouiderit, cum posset, lucro dotis ei per statutum delato priuatur.

29 *Iudex, in partem sollicitudinis, assumptas, dicitur.*

30 *Iudex etiam ex offitio malitiam repellere debet.*

41 *Malitia igni comparatur.*

d 2 102 Cali-

135 *Veri-*

Nil,

e prolata

330 Bonam

446 Fictio

ita

summi Sacerdotis ponebatur, quando intrabat Sanctuarium.

354 *De nullo magis, conquerebatur, sacri Vates, quam quod veritas, non coleretur in terres, hoc eos torquebat.*

Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas.

355 *Veritati vsquequaq; locum fore, iurisconsultus dicit, qua opinioni preualere, modisq; omnibus queri debeat, et n.1097.*

Exul fiat a Republica nostra falsitas inquit Imperator.

356 *Pro veritate adinuenienda, varia tormentorum genera in Criminalibus excogitata, atq; adinuenta sunt.*

357 *In Vino veritas, & vinum Tormentum, veteri prouerbio dicitur.*

358 *Personæ, quæ varijs respectibus, perhibere testimonium contra aliquem non coguntur, quin & etiam volentes aliquando non admittũtur, quando veritas aliter haberi non potest compelluntur, vbi tamen declaratur.*

359 *Quod aliter veritas haberi non possit, allegantis incumbens est probare.*

560 *Veritas foro attribuitur, & nu.564.*

Veritatis proditor est non solum qui palam mendaciũ dicit verum etiam qui libere veritatẽ ipsã nõ defendit, vbi et quod.

Qui veritatem non defendit, tam in vitio est, q̃ q patriã, parẽtes, et amicos deseret.

561 *Veritas oppugnari, expugnari verò non potest.*

562 *Veritas omnia superat, et omnia vinc[illegible]*

163 *Veritas, vino, rege, & mulieribus fortior.*

564 *Veræ amicitiæ sempiternæ sunt.*

565 *Iudex pro adinuenienda Veritate, omni cura elaborare debet.*

566 *Veritas, Basis est, ac Iustitiæ fundamentum, quæ omnem consuetudinem excludit, & num.570.*

567 *Veritas lucet ipsa per se; & diu latere non potest.*

568 *Sine veritate Rex, est tirannus.*

Veritate inuenta, Imperatorem suas leges emendare non pudet.

569 *Veritatem vsq; ad animã, & sanguinis effusionem summus Pōtifex defendere profitetur.*

Et quæ non quærit Angulos, nec malitiam, sed simplicitatẽ, quæ est amica legibus.

570 *Bella sine veritate iusta non sunt; et exercitus ad hoc comparantur, vt pro veritate dimicent: Vbi quod Natura ipsa veritati cedit.*

Scientia ad solam veritatem ordinatur.

571 *Veritas est fortitudo Regnorũ, sine qua oĩa falsa sunt, & cum ea omnia sunt iusta.*

572 *Veritas lumborum corictorium.*

573 *Sine veritate, virtutis fama durationem non habet.*

574 *Isocratis pulchrum dictum, de quærente famam sibi comparare.*

De eadem, & Thaletis.

Compendiaria via ad consequendam gloriã est, ut talis quisq; sit, qualis haberi vult.

575 *Feriunt summos fulgura Montis.*

Ex eo quod quid est vel non est oratio nostra dicitur vera, vel falsa.

Veritas cuiusq; rei est proprietas sui esse, & oratio concordans rei.

576 *Veritas primò a Lucifero in cęlo empireo oppugnata fuit Veritas.*

577 *Veritas a quib.nam oppugnetur in terris.*

578 *Veritas ad instar radiorum solis, & saporis existit.*

579 *Quorum aures, clausæ sunt veritati, vt ab amico audire uerum nequeat, horũ salus desperanda est.*

Labium veritatis firmũ erit in perpetuum.

580 *Veritas tandem de omnibus suis oppugnatoribus triumphat.*

Leges non iustificantur, nisi in sola veritate.

581 *O quã difficiles, crimẽ non prodere vultu.*

582 *Nihil est ad defendendum puritatem tutius & ad defendendum veritatem facilius.*

583 *Veritas facit Martyres.*

Mundus tandem de mendacio pro veritate triumphat.

Con-

Vt

715 Iustus

§. in

§. in iure, ff. de interroga. act. & ext. l. Fulcinius, ff. quib. ex cau. in poss. eat. existit, & nu. 769.

750 Natura; nouas quotidie, properat edere formas.

751 Interrogatio an quis teneat, & possideat, fieri debet per veras rei cohærentias, verumq; fundi vocabulum, vt remedio huiusce legis existat, alioquin pęnę huiusce legis non erit.

752 Negans possidere rem, quæ sub falsis con finibus posita est pęnam huiusce legis non incurrit, quia negauisse se possidere rem non dicitur, quæ sub finibus illis, sub quibus posita est non existit.

753 In pęnalibus liquidissimè debent esse probationes, vt pęnę locus existat, & alteratio confinium liberat negantem a pęna falsæ negationis.

754 Responsio congruere debet, interrogationi.

Iuris ordo peruertendus non est.

756 Rem per duas cohærentias verificari sufficit.

757 Fallit in remedio huiusce legis, in quo ad excusandum ipsum negantem, sufficit quod aliquæ ex ipsis sint falsæ etiam quod duæ verę reperirentur, & numero sequenti.

758 Propter falsam, obscuram, incertam, vel ambiguam rei positionem, reus tãquam mendaciter negauerit, pœnam huiusce legis pati non potest; etiam si secundum antiquos confines re, esset eadem.

759 Interrogatus an teneat, & possideat, per appositionem præsentium, & non præteritorum confinium, interrogari debet, & interrogatus simpliciter, de præsentibus, non autem de antiquis confinibus interrogatus censetur.

760 Negans locum, in quo quis deliquit, esse de territorio inquirentis, si contrarium ostendatur, non potest postmodum delictum sponte confitendo, iuuari beneficio statuti vltro confitenti, certam partem pęnę remmittenti.

761 Instrumentum, quod falso velamine, esset deperditum edere recusans, illud postmodum producẽdo, eius beneficium non consequitur.

762 Negans chirographum, in quo mutuum sit annotatum eius manu, vel eius voluntate conscriptum, conuictus, de mendacio, exceptionem non numeratæ pecuniæ allegare non potest.

764 Hæres rem legatum, hæreditariam esse negans, re postmodum comperto beneficium legis falcidiæ non consequitur.

765 Negatiò, mendaciter facta illico, & incontinenti, antequam aduersarius onere probandi prægrauatus non fuerit valet.

767 Mendaces nondum conuicti qui correxerunt responsionem ipsorum in criminalibus, pęnam falsæ eorum negationis euitant, vbi an & quando falsa ipsa negatio reuocari valeat, & in quibus casibus ponitur, et nu. 768. et 769, & 770. & 771.

769 Cessante causa, cessat effectus.

771 Incontinenti reuocatio facta dicitur, quando re integra, & nondum per partem acceptata fuit.

772 Appellatio restituit causam, ad terminos litis iam contestatæ falsa negatio, post partis, acceptationem, non nisi, docto de errore, reuocari valet.

Negans propriam scripturam debiti, conuictus de mendacio, pęnam dupli incurrit.

Negando quis ad libellum super contentis in eo, se fundare non valet.

773 Ex eo quod quis noxus est impugnare, commodum, sentire non debet.

774 Negans cum clausula, nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur conuictus de mendacio negauisse non dicitur, vt pęna temerarię negationis effici valeat, & nu. 780.

Negans

800 Qua-

800 *Qualitas falsa ita factum diuersificat, vt aliud factum censeri faciat.*

801 *Vnde cauti Aduocati, & Procuratores, postquam de quantitate, vel qualitate fecerint positiones, in fine adijciunt, & si non credit de tanta quantitate & qualitate dicat de quanta, & quali ascensiue, uel descensiue, descendendo vsq; ad minimum respectum quantitatis.*

803 *Vbi Actor plus debito petijt, & reus totum negauit, actor in expensis condemnatur, vbi ratio affertur.*

Qualitas ponens delictum in aliam speciem, quam confessatam, facit vt negata qualitate, delictum ipsum negatum censeatur, vnde pena falsæ negationis incurritur.

805 *Intentiones differunt penes ea, quæ considerantur.*

806 *Quando interrogatio, & responsio, vnũ & idem non considerant, non est vera confessio, nec responsio.*

807 *Puniens non considerat verum sub specie ueri, simpliciter, sed sub specie boni, uel mali, item sub specie prohibiti.*

Fateri quis non dicitur illud, quod sub alia confitetur specie.

808 *Confessio debet esse relatiua, ad finem sui antecedentis.*

Fine destructo, nil restat ex his, quæ sunt ad finem.

809 *Qualitas, totam rem ipsam respiciens, defectus in ipsa qualitate, defectus in toto, & quota dicitur.*

Homicidium ad sui necessariam defensionem, commisisse asserens negare videtur, vbi vide.

810 *Potius quis debet omnia, mala pati, quã malo, consentire.*

Iusiurandum, Deo præstatur, cui mentiendum non est.

812 *Pro temporali commodo, veritatem vnquam negare non licet, et contra Christum, nihil attentari conuenit.*

813 *Anima, quæ pretiosior est, & eglo præstantior omni, cunctis opibus præferenda est.*

814 *Hypocrates Medicis, in præceptis dabat, ne vnquam remedia non tuta, darent ægrotis; vnde stibium ægrotis dare prohibitum est.*

Vbi verba Petri ad Dominum, rursus est responsio Domini ad Petrum afferuntur.

815 *De furto ad periurium, valet argumentum.*

816 *Quæ in radice, & causa conueniunt, & in fructu, & effectu, conuenire debent.*

817 *Perdes omnes qui loquütur mendacium; & testis falsus non erit impunitus.*

818 *Qui omne dicit, nihil excludit.*

819 *Periurio non parum læditur, Diuina Maiestas, atq; etiam Iudex, & numero 819.*

820 *Qui non obedit Principi morte moriatur.*

Clausula, nec aliter, nec alio modo, quem nam effectum operetur, & nu. 821.

822 *Simplex responsio quæ sit, et num. 822.*

Solutionem allegans debitur fateri dicitur.

824 *Propositionum, alia Cathegorica, alia Hypothetica, & quæ?*

Cathegorica debet esse positio, vt cathegorica possit sequi responsio alias si hypotetica erit positio, hypotetica etiam potest esse responsio non obstante statuto vel Principis constitutione simpliciter responderi mandantibus positionibus per verbũ credit, vel nõ credit.

Et simpliciter dicitur facta respõsio, etiam quod in ea sit adiecta conditio, modo ex natura actus necessariò proueniat.

825 *Ex negatiua dispositione nihil sequitur, nullaq; inducitur affirmatio.*

826 *Negans ad positiones, se accepisse mutuo pecunias quas cum secreto acceperit,*

g secreto

secreto etiam restituit, non aduersarium decipere, aut dolum committere, sed dolum ipsum excludere dicitur.

827 *Malitia, contra malitiosè agentem uti calumniari non est, sed virtute aduersarij malitiam propellere.*

Ponens simpliciter, quem habuisse talem rem mutuo, vel aliter, nec subijciem, & quam qui habuit, non restituit, tanquam captiosum, non obstringit aduerarium ad ei respondendum.

828 *Quod dicitur, mentiendum non esse, intelligitur in perniciem proximi sui, et ad fallendum aliquem.*

829 *Mendaciorum plura sunt genera, altera alteris perniciosiora, & qualia, & ponuntur exempla.*

830 *Mendacium prauum non dicitur, quod magis prodest quam nocent.*

831 *Liberare anima proximi sui a peccato, est eam lucrari.*

832 *Qui rem suam aliter, quam furando recuperare non potest, potest eam clam & citra furti reatum subtrahere, vel rem rei ipsi æquiualentem; ubi & declaratur.*

833 *Facilius retentio, quam actio conceditur, ubi quod mitius agitur cum Deo, quam cum homine.*

834 *Hæreticus ille non dicitur, qui credit illud, in quo multos Sanctos Patres habet contestes, licet non omnes.*

835 *Confessio qualificata, an & quando scindi ualeat, & pro parte acceptari, uel non ubi pulchra theorica, et quādo unū vel plura capitula continere dicatur ponitur.*

Scribens, uel subscribens, scriptura ipsam approbare censetur.

Homicidium est omni iure prohibitum, & omne malum factum prauè præsumitur actum, ubi & dicitur quod data facti possibilitate non sequitur inconueniens.

Confessio unius construenti, quæ alias non scinditur, & quæ sine qualitate acceptari ualet, propter præsumptionem, quam habet contra se scindi-tur.

Homicida ut excusetur saltem a toto, quod ad sui necessariam tutelam hominem occiderit, requiritur.

Negans positionem, potest se nihilominus in ea fundare illico reuocando ipsam negationem, & confitendo.

Iam diu licita est reuocatio responsionis quandiu pars eam non acceptauerit, alias non nisi docto de errore.

836 *Quod ad pœnam euitandam dumtaxat non autem ad præmium consequendum intelligitur.*

837 *Facilius fit pœna remissio, quam quod quis præmium consequatur.*

838 *Actiones, quæ per inficiationem crescunt, quæ sint, & an, & quando in ipsis reuocationi, & correctioni locus sit.*

839 *In pœnalibus parcitur minori annis vigintiquinq;.*

Recusantes, seu differentes, soluere legata pia, & relicta sacrosanctis Ecclesijs, uel alijs uenerabilibus locis, Deum exacerbant.

Reuocans negationem, & confitens delictum, an & quando beneficium sponte confesso, à statuto indultum, an nihilominus consequatur, remmissiuè.

841 *Licet quis positione negata nisi non ualeat, tamen in probationibus super ea, per partem aduersam factis se fundare potest.*

842 *Negans positiones de facto proprio ipsius negantis, uel alterius de quo sit uerisimiliter informatus, & quod scit, de mendacio conuictus falsum committere, & tanquam dolosus, mendax, & decipiens, in dolo manifesto dicitur, ubi multum inuebitur contra proteruos, Aduocatos, & Procuratores, qui docent clientes*

clientes suos eas passim etiam veras negare.

843 *Qui ad omnia damna, expensas, et interesse partes tenentur per Iuramentum in litem ipsius damnum passi etiam liquidanda.*

844 *Probata debiti substantia per testes postquam reus negauit positiones super quantitate insiurandum.*

Ponenti defertur. Vbi quod ex mendacio dolus arguatur.

845 *Iuramentum in litem contra dolosū conceditur. Ob quod datur cautela, vt actor si potest ius suum in positionibus deducat quia in casu iniustę negationis et postmodum iusiurandum supletoriū defertur, quod ipsi inficianti denegatur, & nu. 846.*

847 *Vt plenè quis de mendacio conuincatur, requiritur in hoc remedio, nec sufficit; quod semiplenè, de eo conuincatur.*

848 *Et quod iureiurādo supletorio ipsius actoris, minimè supleri posset.*

849 *Aduerbium ita vt æquipollet, alteri aduerbio ita tamen.*

850 *Coniunctio, si conditionaliter ponitur, & formam inducit, facitq; vt à contrario sensu valeat argumentum.*

851 *Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.*

852 *Translatio possessionis, qua in odium negantis fit, an fiat de toto, si partem duntaxat pars prętendat.*

853 *Pronomen, suum, meum, tuum dominium significat; suumq; dicitur, quod ab eo iure vindicari potest, & nu. 1037. & 1052, et 1053.*

Intellectus, l. de pręcio, ff. de publiciana.

854 *Verbum, licet, aduersatiua, coniunctio est, quę regulam in contrarium supponitur, 1034, & num. 1035.*

Interrogatus num possideat cētum, et reus responderit de sexaginta puta an pro illo super pluri vsq; ad centum in actorem fiat ist hęc quidem translatio.

855 *Facilius circa quantitatem, quam circa ipsius rei substantiam quis decipi potest.*

856 *Circa, circiter, & circum, qualiter accipiantur; & an intra vel extra intelligantur, & qualiter per exempla, & num. 857.*

858 *Quę tamen siue inclusiuè, seu exclusiuè, semper ad modicam quantitatem, & quidem arbitrio Iudicis taxandam refertur.*

859 *Reus respondendo se possidere iugera sexaginta circiter restringere & limitare talem responsionem, vt maiorem quantitatem, excludere uoluerit dicitur, & num 860.*

861 *Dictio circa vel circiter in teste nō dimonstratiuè, sed limitatiuè excludendum maiorem quantitatem apposita censetur, & nu. 861.*

862 *Dispositio huius legis, atq; etiam praxis Angeli, extenditur & ad Pignus, ut hypothecam, quę tanquam in rem scriptę, vti reales actiones reputantur, & num. 863.*

Rursus, & ad hęreditatis petitionem, uel fideicommissu, seu generale, seu particulare.

864 *Negans rem esse hęreditariam vel fideicommissariam si mendax detegatur rei ipsius negatę possessio nihilo secium in actorem transfertur.*

865 *Item & ad publicianam in rem actionē.*

866 *Negans rem esse emphiteoticam, de mendacio conuictus, an ab ipsa emphiteusi cadat, quę applicetur Domino.*

867 *A feudo ad emphiteusim, & cōuerso, ualet argumentum.*

868 *Feudum, & emphiteusis, in compluribus conueniunt.*

869 *Feudatarius & emphiteuta, utileq; Dominium tantum habere dicuntur; directiò penes Dominum existente.*

870 *Vassallus mortuo Domino, Rursus, mortuo Vassallo, qui ei in feudum succedit, nouam inuestituram accipere tenentur.*

871 *Secus emphiteuta, qui pro se, & haeredibus inuestitus, vel filijs, & descendentibus, non nisi generatione finita, vel per nouam successionem inuestituram accipere non obstringitur; vel nisi ex pacto ad renouandum, de nouennio, in nouennium, vel ad aliud certum finitum tempus inuestitum fuisset atq; eam accepisset.*

872 *Quae quidem renouatio nō ad contractus ipsius substantiam, sed ad faciliorem eius probationem, requiritur.*

873 *Poenalia, ad casus, à iure, non expressos, non trahuntur.*

874 *De feudo ad emphiteusim in odiosis argumentum non valet.*

875 *Odia restringenda, non autem amplianda sunt.*

876 *Vassallus interuertendo debitum fidelitatis Domino quo potissimum est ei obstrictus feudo ipso priuatur.*

878 *Actor per remedium lniustae legis, vel ex praxi Angeli, non nisi possessor efficitur, saluo iure Dominij, post modum discutiendi.*

880 *Quae momento durant non curantur à lege.*

881 *Interrogatus an proprio nomine possideat, si se respondent se alieno nomine possidere, vel simpliciter an de mendacio conuictus dispositionem huiusce legis vel praxis, Angeli incurrat.*

Interrogatus simpliciter, an teneat, & possideat proprio nomine an possideat interrogatus censetur.

82 *Verba legis cui non conueniunt, nec ipsius legis dispositio conuenire debet.*

883 *In materia stricta, & penali stricta facienda est, interpretatio.*

884 *Interrogatus simpliciter, an teneat, & possideat, & respondens se alieno nomine possidere, tacite enunciat se proprio nomine non possidere.*

885 *Respondens se alieno nomine possidere, cū tamen proprio nomine possideat, si non dolose sed iusta deceptione motus credens ita excusatur.*

887 *Nil magis à dolo abest, quam ignorātia.*

889 *In praeparatorijs Iudiciorum, penitentiae locus est eo vsq; quod de mendacio conuincatur etiam si iureiurando id affirmauerit, & nu. 890.*

891 *Iusiurandum actum alias reuocabilem irreuocabilem facit.*

892 *Reuocando quis, quod mendaciter dixit, non mendacium dicere, sed à mendacio recedere dicitur.*

893 *Reuocando quis, quod falso per iuramentum, asseuerauit, non falsum dicere, sed à periurio ipso recedere dicitur.*

894 *Negatum dicitur, quod per affirmatiuā, habentem implicitam negatiuam affirmatum, & ex diuerso affirmatum, quod per negatiuam habentem affirmatiuam implicitam negatum conspicitur, & num. 895.*

896 *Effectus, & non verba considerantur.*

897 *Affirmatiua illa, licet verbis negatiuis concepta, quae ponit; & illa negatiua, licet prolatione affirmatiua, quae priuat dicenda est.*

898 *Verum ut quis dixerit, vel quod eum opinio fellerit, praesumitur.*

899 *Possessio, ex fructuum perceptione, rei, quam possidere praetenditur, probatur.*

900 *Penae, & mulctae fructus iurisdictionales sunt.*

901 *Maritus rei dotalis dominus dicitur.*

902 *Maritus, cui datum fuit in dotem castrum, vel Regnum proprietarie praeiudicare non potest, & nu. 1081.*

903 *Ius praesentandi ad Ecclesiam patronatae vxoris, aeque spectat ad maritum sicuti ad eius vxorem.*

904 *Vxor,*

Lata

Lata culpa maxima dolus præsumptus dicitur.

925 *Lata culpa est duplex, magna, & maxima.*

926 *Lata culpa magna, quæ sit.*

927 *Nauigare sine Magistro, vel tempore imminentis tempestatis.*

928 *Aut tempore hyemis, quando clauduntur maria lata culpa est.*

Quod in ciuili audacia, & præcipiti auaritiæ, ascribitur.

929 *Imprudentia, & stoliditas, a iure non puniuntur.*

930 *Satis est, quem sua stoliditate, & vesania puniri.*

931 *Dolus, & lata culpa ex coniecturis arguũtur, & ex aliquo dicto, vel facto ipsius possidere desientis.*

933 *Alienatio in potentiorẽ, per viam contractus facta, dolo, & mutandi iudicij causa facta, præsumitur.*

934 *In quem sicuti, quando dolose facta fuisset, alienatio, prohibita est.*

935 *Lex nec etiam, potentiorum, patrocinio, vti, posse vult.*

Paria sunt alienationẽ, in potentiorẽ per viã contractus; & Iudicij mutandi causa factam fuisse.

937 *Potentior quis dicatur?*

Vbi inuehitur, contra Iudices, rapaces, & auidos.

938 *Potentia diuitiarum Iustitiæ præualere non debet.*

Iudex potentioribus magis, quam iusta volentibus, officium suum impartiri non debet.

Aduocato, & Cõsultori, licet vendere iustũ consilium, non aũt Iudici iustũ iudiciũ.

Pauper dum non habet, quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur.

939 *Dolo desiens possidere post cæptum iudicium, iudiciũ super re, dolose alienata non euitat, quia pro possessore (vt dictum est) habetur.*

Contra quem tanquam contra manifestè dolosum directa rei vendicatio, vtiliter quanti actoris intersit, datur.

940 *Et contra quem iusiurandum in litem quitum Actoris intersit, datur, nulla Iudicis taxatione, præmissa.*

941 *Argumentum à maiori ad minus validum est in iure.*

Lite iam contestata, alienans in dolo manifesto dicitur.

Alienans, & alienatarius rei litigiosæ æquè pœnis legalibus subijciuntur, modo tamẽ respectũ ipsius alienatarij, si sciuerit, rem esse litigiosam.

942 *Contractus rei litigiosè causa vtriusq; vt supra initus dicitur.*

Vnde quando dolose in aliquem res alienata absq; alio processu, & sententia, contra ipsum alienatarium, executio fit.

943 *Alienans, & alienatarius, in casu suprascripto, eodem genere.*

Actionis tenentur, quæ vna, & eadem numero dicitur, & num. 944.

945 *Rei vendicatio vna numero est, licet accidentalia principia, ipsius possessionis, sint plura.*

946 *Accidentalia principia subiectum, non diminuunt.*

947 *Accidentalis variatio substantiæ Varietatem non inducit.*

948 *Per alienationem post litis contestationem factam vitium litigiosi contrahitur lis sit super Dominio.*

949 *Agẽs rei vindicatione cõtra re vera, possidentem, qui bona fide possideat rem quidem cum fructibus; verum respectu ipsorum fructuum, nonnisi interesse commune consequitur.*

951 *Et non nisi a die litis contestata.*

952 *Secus, si agat contra ipsum, dolo possidere desientem, qui vltra rei precium, interesse etiam singulare, quam i eius intersit iureiurando in litem, nulla Iudicis taxa-*

1028 Te-

ELENCHVS.

1113 Eui-

b 2 Rei

1188 Caro

1233 Pe-

1270 *Fictio*

FINIS.



En tandem (Amice Lector) prodit ΠΑΡΘΕΝΙΟΣ. In quo Prima fronte

De Prauitate Malitiæ, Deque Obiurgandis litibus, ac vanis earum protelationibus multa perspicies.

De Notis Negatiuis, atq; Interrogatiuis non iniucunda postea tibi obuia fient, nullo hactenus, vno in loco, sic forsan distinctæ, ac plenè pertractata.

De Veritate contra Mendacium vber erit commentatio.

Platani, Abietes, Palmæ, Quercus, Alni, Pinus, Fraxinus, Phagi, Myricæ, Cupressus, ac Populi Erunt quæstiones omnes huic responso suis congruis, atq; opportunis locis accommodatæ, Poeticisq; ac Philosophicis oblectamentis, ita in quincuncem dispositæ, vt quocunq; te verteris, rectus eris.

Nec secius Omnis in Vnguem.
Articulis positis secto, via limite quadret.

Sed & singulorum eius Verborum, sedula erit explanatio.

Cæterùm Veritatem, & Iustitiam colito, quæ hominem liberant à scelere, & Auctorem, qui te amat, non solùm dilige, verùm, & tu quoq; amá. Bene Vale.



IN LEGEM FINALEM ff. DE REI VINDICATIONE,

IOANNIS ORDELAPHI I. C. Pisaurensis Commentarius.

RESPONSVM.

Furius Anthianus Lib. I. Ad edictum LXXIX.

In rem Actionem pati non compellimur, quia licet alicui dicere, se non possidere: ita vt si poterit Aduersarius, conuincere rem ab Aduersario possideri transferat ad se possessionem per Iudicem licet suam esse non adprobauerit.



EX ita abhorret malitiam, vt proteruitati litigantium, modis omnibus occurrere studeat: modo pecuniaria pęna, modo iurisiurandi religione, & modo infamiæ metu, temeritatē, tàm agentium, quàm eorum, quibus cum agitur, coercendo: vt egregiè dicit Imperator in §. 1. Instit. tit. de pœn. tem. litig. pecuniaria pęna, proteruos appellatores cōdemnādo, l. 2. C. de Episc. aud. & l. ab executione, C. quorum appell. non recip. Iurisiurandi religione iurgantes ipsos ad iusiurandum calumniæ, † Quod malitię appellat summus Pontifex in c. 2. §. fi. de iur. calum. in sexto, adigendo, l. j. C. de iureiur. propt. cal. dand. Infamiæ metu temerarios actores, ac litigatores crimine notando, vt furti, vi bonorū raptorū, depositi, pro socio, & huiusmodi l. furti, §. qui alieno, & l. seruus, ff. de furt. tutelæ, etiam Iudicio suo nomine damnatus infamia annotatur l. 1. §. 1. ff. de his qui notantur inf. Quod, & Cic. in Oratione pro Cęcinna asserit dū dicit, Turpe iudiciū dari aduersus eū qui per tutelam, aut societatem,

1 (margin, line 1) 2 (margin, "Quod malitię ap-" line)

 aut

aut rem mandatam fraudauit aliquem, Et pro Roscio amerino si quæ inquit sunt iudicia summæ æstimationis, & pœnæ capitis, tria sunt hæc, fiduciæ, tutelæ, societatis æque perniciosum est, ac nefarium fidē frangere quæ continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutela est. Et pro eodē Cecinna in priuatis rebus si quis rē mandatā, non modo malitiosus gessisset, sui questus, aut commodi causa, sed etiam negligentius, eum, maiores nostri summum admisisse dedecus existimabant, licet obsegnitiem Inertiam, vel simplicitatem tutelā motus integra existimatione habeat l. 3. §. vltimo, ff. de susp. tut. & non æque puniatur, vt ibi.

3 Et porrò quid malitia turpius? † Quid proteruitate deterius? & qd
4 calumnia perniciosius? † Sic aduersatur bonitati malitia, vti Iustitiæ
5 iniquitas, & sicut veritati mendacium. † Quia bonum, & malū tanquam contraria in eodem subiecto, simul esse non possunt C. omnes, qui de pęnit. dist. 1. & verum, & falsum sunt inter se immediate, con-
6 traria l. si quis legatum, ff. ad leg. Corneliam, de fal. † bonæ fidei ho-
7 mo dicitur, qui dolum non habet l. Non debet ff. de dol. † Vnde, & cum in iudicando summa bonitas, & veritas requiratur, ab ipsa bo-
8 nitate, ac veritate. † Iudex vir bonus appellatur l. continuus, §. cum
9 ita, ff. de verb. oblig. l. vir bonorū ff. iud. solui l. pen. ff. de proc. † Et reductio ad Arbitrium boni viri, de iudice intelligitur, l. sed si vnus, §. Prætor, ff. de iniur. glos. in c. potuit in verbo celeri ad fin. de locat. bonus, nanque Vir, & iudex conuertuntur, vt inquit Bal. in §. l. cæteræ, ff. fam. herc. † verū Israelitam Christus appellat hoc est bonum Na- *Ioan. 1.*
10 thanaelem. In quo dolus non erat, vt inquit sacer textus. † Bona fi-
11 des, ita proba res est, vt pro veritate accipiatur l. bona fides, ff. de reg. iur. Bonus habet seipsum malus autem seipso caret, inquit Aegid. de regim. Princ. cap. 4. Et Seneca faciendo comparationem, de vno, ad aliud Perantitheton dicit, in hoc summa bonitas, in illo extrema
12 malitia. † Et propriè malitia est cum quis data opera male agit † Ius,
13 boni, & æqui Ars, dicitur l. 1. ff. de Iust. & iur. ergo expultrix Malitię quæ bonitati contraria est.

14 † At qui bonę fidei nomē manat latissimè, vt inquit Cic. offic. lib. 3. versaturq; in tutelis, societatibus, fiducijs, mādatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis. Quibus vitæ societas continetur, vt ibidem,
15 † vnde, & antiquum, est Prouerbium inter bonos bene agier oporte-

re,

re,& ſine fraudatione,& graue eſt fidē fallere,l.1.§.1.ff.de Cōſt.pec.
† Malitia Diabolo propriè attribuitur, & ſicuti per bonitatē Deo 16
comparamur: ita per malitiam Diabolo ſimiles reddimur †malitia 17
Diaboli peccatum intrauit in Mundum,& per peccatum Mors;Vnde ad illud delēdum magni Dei bonitate, & vt filium ſuum daret ope- *Ad*
re pretium fuit. † Propter hominum malitiam Deus ipſe Opt. Max. *Rom.5.*
totum terrarum orbem Aquis Diluuij obruit, ita vt feciſſe hominem 18
eum pœnituerit: videns autem Deus, quòd multa malitia hominum *Gen.6*
eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum, omni tempore pęnituit eum quod hominem feciſſet in terra, & præcauens in futurum,& tactus dolore cordis intrinſecus, Delebo inquit hominem, quem creaui a facie terræ. Ab homine vſque ad animantia à reptili, vſq; ad volucres cęli.Penitet enim me feciſſe eos ſubcreſcente malitia hominum lex p̄ Moyſen data eſt,Hoſt.in prohe.ſum.nu.6. faciunt dicta in extrauag.Vnica Ioannis 22.de pœnis. Malitia ita deteſtanda res eſt,vt Africanus dicebat(referente Gollio) †Probra fla- 19
gitia, quæ homines faciunt in duabus rebus eſſe,in malitia,& nequitia, † & quæ ratione ſuæ proteruitatis, diuerſis nominibus appellan- 20
tur vnico malitiæ nomine,compræhenduntur. † Et ſtatutum ſimpli- 21
citer reſponderi mandans intelligitur ſine malitia l. 1. vbi Bal. in 2. not. C. de ædil. actionibus. Veritatis amicam ſimplicitatem dicit Summus Pontifex in C.veritatis, de iureiur. Breuis omnis malitia *Eccl.25.*
inquit ſapiens, Malitiam tuam reddet Dominus ſuper caput tuum. *3.Reg.2.*

Et ita latior eſt eius ſignificatio, vt Apoſtolus poſtquàm diuerſas malorum ſpecies enumerauiſſet inquiens omnis amaritudo,& ira, & *Ad*
indignatio,& clamor,& blaſphemia tollatur à vobis,ſubdit cum om *Epheſ.4.*
ni malitia,& alibi eius contrarietatē ad bonitatem oſtendere volens, dicit Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, *1.Ad Co-*
& nequitiæ, ſed in Azimis ſinceritatis, & veritatis. Perſeuerantes *rint.5.*
in malitia Exterminabuntur dicit Dominus, ita probroſa res eſt ma- *1.Reg.12.*
litia,† vt de ea dicatur in malitijs vnius diei obliuio ſempiterna. Ar- 22
guet te malitia tua,& auerſio tua increpabit te dicit Sapiens, & alibi. *Hier.2.*
In malitia ſua expelletur impius ſperat, aut iuſtus, in morte ſua † per 23
malitiam homo occidit animam ſuam inquit ſapiens. Non mirum *Prou.14.*
igitur ſi † lex quę Sanctio Sancta eſt Iubens honeſta, prohibenſque *Sap.16.*
contraria eam tantopere deteſtetur, ea etenim ad cohibendam mali- 24

1. Ad Timot. 1. tiam introducta est, quæ si malitia non esset, minimè introducta fuisset, lex enim malis moribus imposita est, dicente Apostolo, lex pro-
Ad Ro. 3. pter peccatum, & alibi lex cognitio peccati est, superuacanea quippe'
Ibid. 5. quidem omnis lex esset, si secundum eam rectitudinem, quæ nobis à Deo elargita fuit, viueremus, quod Ethnicis ipsis haud obscurũ fuit; Nam Cicero in libris de legibus inquit, Malitia sola est deprauatrix bonarum actionum omnium, quæ si secundum naturam bene institutam fierent, omnia nostra bona essent, subdens, Quod si tales Nos natura genuisset, vt eã intueri, ac perspicere possemus, haud erat, vt quisquam rationem, aut doctrinam requireret: nã paruulos quidem nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusq; deprauatis, sic restringuimus, vt nusquam naturæ lumen appareat. Addens sunt enim ingenijs nostris semina in nata Virtutum, quæ si ado-
Sap. 3. lescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam Natura perduceret. Verum sapientiam non vincit malitia. Quin immo ęgressus malitia Virtutis operatur ingressum, c. cum renunciatur 32. q. 1.

O igitur iniquam malitiam, quæ ipsius naturæ commodo nos priuat, subditq; sensuum prauitati. Vnde lege ipsa opus fuit, quæ pœnę metu retraheret nos, & cohiberet à malo c. fin. 11. q. 2. Sed cum malitię nomen, vt dictum est, omni prauitati conueniat, quia ea ab intestino malo prouenit, aliquando pro particulari vitio, nempe calliditate, & dolositate, accipitur, & malum in generali nomine vitiositatis permanet, dicente Cicerone, virtuti contraria est vitiositas sic enim malo, quam malitiam appellare: nam malitia est certi cuiusdam vitij nomen vitiositas omnium, & Tuscul. 4. malo vitiositatem, quam malitiã appellare, quia vitiositas semper pro prauitate accipitur malitia autem pro versutia, & calliditate quandoque accipitur Malitiam appellat industriam Imperator in l. Quisquis, C. de post. Malitiosam Iuris interpretatione appellat isdem Cic. offic. 1. versutam iuris ipsius expositionem astutè, idest malitiosè ibi exponitur in l. 2. C. de legib. At qui vt in plurimum, & malitia in malam partem sumitur, & idem Cicero offic. 3. ait, Non aperti, non ingenui, non iusti, non viri boni;
Gen. 3. Versuti potius fallacis, malitiosi: Et Dum in Sacris Litteris dicitur, sed, & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat
25 Dominus callidior ibi interpretatur, hoc est malitiosior. † Et cum regulariter hæreditas per hæredem non adita in eius vita, vel bonorũ possess-

possessio non agnita, ad hęredes non transmittatur, perinde, ac si delata non fuisset, l. si ex pluribus in princip. ff. de suis, & legit. l. Quoniã sororem, & l. si infanti, vers. sin vero C. de iur. delib. ea ratione, quia cum hæreditas, vel bonorum possessio, antequam adeatur; in bonis non adeuntis non dicta l. Præcia rerum, ff. ad leg. Falc. Quod nostrum non est, vel nobis nundum quæsitum, Vt transmittatur ad aliquem fieri. haud quamquàm potest, † si facto culpa, & malitia hæredis 26
non adeatur: Vel non agnoscatur, in odium adire, vel agnoscere nolentis transmittitur l. Inde Notarius, ff. ad leg. Aquil. l. 5. ff. de cond. fur. l. interdictio, ff. de ui, & vi armata, l. si quis seruus, ff. de act. empt. Phrinunda impurior de malitioso dicitur lauta, a malitia cor tuum, *Hier.* 4.
vt munda fias Sapiens asserit.

Cũ itaque malitia sic humanas actiones inficiet, conueniens erat, vt lex, quæ moderatrix earum est, quæque inquantum potest a prauitate ad rectitudinem homines retrahit, tanto malo occurreret lex etenim humana, quę vt inquit Cicero, iustorum, & iniustorum distinctio est, à diuina deriuatur, nec est in quoquam ei contraria dicente Diuo Augustino in lib. 1. de lib. Arbitr. Quod in temporali lege nihil est iustum, atque legitimum, quòd non sit æterna lege deriuatum, & factæ sunt punitiuę leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, C. factæ sunt 4. dist. c. Non frustra 23. q. 1. & C. Ad fidem, & quomodo humana cohercceretur audacia, tutaque esset inter improbos innocentia, si malitia è midio nõ tolleretur? Sublata itaq; malitia, oẽs hominũ actiones, vel bonæ sunt, vel indifferentes existũt quas malitia differentes facit. Imperator noster hoc profitetur potissimũ, dum in suis quas tradidit, commentarijs, asserit: Et Princeps Romanus non solum in Hostilibus prælijs victor existat: sed etiam per legittimos tramites, calumniantium iniquitates expellat; quòd, & summæ religiositati attribuit, subdens. Et fiat tàm iuris religiosissimus, quàm victis hostibus triumphator magnificus. Et sanè quæ maior religiositas, quam curare, vt piè, & sanctè iuuatur in hac humana societate amotis omni fraude dolo, atque malitia, quæ publicam ipsam lętitiam exturbant † & ad 27
quam coercendum Principibus vsus gladij permissus est, l. Imperiũ, *Iob* 19.
ff. de iur om. Iud. & habetur in c. Non frustra 23. q. 5. Nãque in Principe Vltor iniquitatum gladius dicitur.

Pari

Pari ratione stante statuto, quòd præmonente Vxore in matrimonio sine liberis, vir lucratur totã, vel partẽ dotis, prout in plerisque Italię locis viget, non lucratur si non prouident ei de medicis cum possit, & alijs necessarijs ne moriatur Bald. Raphael. & Ias. in l. si ab hostibus, §. si uir. Vxorẽ, ff. sol. matr. idem Bal. in l. Quod in Vxorem, C. de neg. gest. Rol. de lucr. Dot. quæst. 66. & multo magis si occidisset, vt ibidem, & idem Bal. in l. vnica, §. sed scimus, C. de lab. lib. tolt. Castr in l. sororem num. 3. C. de his quib. vt indig. nisi iusta causa id fecerit, per tradita à Iasone in d. l. si ab host ib. §. si vir vxorem nu. 11.

28 Quòd cum tam cordi legislatoribus ipsis esse perspiciamus, † & ipsis legum ministris, hoc est iudicibus non minori curæ esse debet, sine quorum opera, quæ sanctè, à lege ordinata sunt, executioni demandari nequeunt, quibus ea cura data est, & in partem sollicitudi-

29 nis assumpti dicuntur: vt ibidem inquit idem Imperator, † cuique datum est etiam ex officio ipsas malitia repellere, c. fin. & ibidem Felin. circa principiũ de calum. & in c. de cętero, de re iud. Ang. in l. Athletas, §. calumniator, & ibidem etiam Bartol. ff. eod. tit. de his qui not. infam. Rom. cons. 42. & cons. 67. Barb. cons. 10. colum. 1. volum. 1. Et quòd quidem rectè fit, cum ipsa malignandi occasio, aufertur, vel pę-

30 nali iudicio, vel expensarum dispendio: Siquidem † Antiqui Philosophi malitiam igni comparauerunt, quorum vterq; pabulo destitutum extinguitur. Pabulum ignis sunt ligna, & huiusmodi; sublatis lignis extinguitur ignis; Pabulum malitiæ est illius dissimulatio, & non castigatio; Aduertatur ei per Principes, ac Iudices, & malitiosi pœnis debitis subiugentur, & cessabit malitia; At quoniam Superiores, ac Iudices huic multoties non aduertunt, sed remissi, ac negligentes in ea tollenda, ac punienda, existunt. Et malitia ipsa crescit factum est, vt ab eorum torpore, ac negligentia, Malitia ipsa pro negligentia interdum vsurpetur Archid. in cap. grandi de sup. neglig.

31 Prælat. in 6. † D. Gregorius super Marcum probans, quod, & modo Ecclesia Dei miraculis ipsis spiritualibus clareat exponendo Verba illa Serpentes tollent, Malitiam tollere attribuit spiritualibus miraculis inquiens: Qui bonis suis exortationibus malitiã de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt. Quid plura? ita lex detestatur ma-

32 litiam, † vt sicut clarius clauo truditur, ita malitiam, malitia tolli posse concedat l. in fundo, ff. de re iud. gloss. in c. cupientes, in verbo malignan-

lignãtium de elect.in 6. c. Dominus Noster 23.q.2. licitum est siquidem aduersantis malitiã qualitercumq; excludi Cagn.Dec.& Mayn. in l.ea est natura,ff.de reg.Iur.Bologn.in auth.habita col.44. c.Nefel. pro Pat.Anch.conf.145. firmat pulchris similibus Alciat. in tract. de præsumpt. Præsumpt. 26. tertiæ Regulæ † ita tamen, vt tradens ma- 33
litiã periurium, aut falsitatem non includat, vt inquit D.Thom. in 2.2.quęst.69.art.2. Clauasius in sua summa in verbo interrogationibus vers 63. & gl. in d.cap.cupientes in verbo malignantiũ † etenim 34
qui iustam causam fouet,nec alio modo quod ei debetur cõsequi valet, perspicitque per proteruiã causam agi ab aduersario cauillationibus ad conuincendum sui aduersarij malitiam: dummodo ad id falsum,aut periurium non adhibeat, vti valet,Tiraq.de vtroque retract. in Præfat.num.70 ex quo inferunt † Iaf.non esse contra producentem 35
falsum Instrumentum,aliud falsum instrumentum producere Bal. in rubr.C.de fid.Instrum.colum.12.Felin.in cap.Dilecti num.17.de except. † rationem allegat, quia cum ob id in pari turpitudine,vterque 36
versetur vterque punietur, & respondet ad d.c.cupientes, & ad gloss. in d.c.Dominus Noster, vt id cessante mixtura falsi intelligatur: Inferuntque etiam ad simile à But. relatum in cap.fin. ad fin. de iur.cal. Vt si vterque tàm actor, quàm reus requisiti fuerint ad iurandum de Ecclesia, & neuter Iurauerit, † culpa vnius non compensatur cũ cul- 36
pa alterius: quia ex quo,Iusiurãdum est exactum iudicium,eius omissio est nulla l.2. §. sed quia, C.eod.tit.de iur.calum. † & ad repellendum malitiam, obijciendumque pertinacibus litibus, datur cautela, † vt reus ab initio petat per aduersantem iurari de calumnia,nec 37 38
vlterius insistat, quia si non iuretur, & feratur sententia pro Actore talis sententia erit ipso iure nulla executionique demandari non poterit Roland.conf.71.lib.1.sub nu.7.Ant.de Canc.de exec.instr.q.45. Auffre. ad decis.c.Tholos.114.cũ innumeris ab eis allegatis.Aiuntq; Aduocato iustã cãm fouẽti licere allegare iura,ẽt non multum efficatia. Quia si Iudex non est multum doctus moueri posset ex rationibus etiam non concludentibus,Ioan.And.relatus à Pan.in 5.Per tuas num.6. Qui fil.sint leg. † Et quod dicitur malitiam supplere ætatem, 39
c.Monacus 70 dist.cap de illis, 2.de desponf.Imp.c.1.eodem tit.in 6. restringitur,ad Sponsalia tantum; Ne decipiens ipse sua malitia glorietur Didac.in c.ex litteris de sponf.non aũt in perhibendo testimonium

nium intelligitur gloss. singularis in d. cap. ex litteris. Ex quo in eo
40 iusiurandum interuenit. † Et in casibus in quib. malitiam malitia expellere licet, Malitia pellens nomen malitiæ amittit, & solertiæ Nomen assumit secundum illud Maronis Aeneidos lib. 2.

Dolus an virtus quis in hoste requirat? Etenim dolus ibi pro solerti machinatione accipitur, vt solertiorum interpretantur Sabellicus, & Asconius, & Egregiè exponit Cagnolus in d. l. ea est natura in fine. Et Cic. Epist. Famil. 19. Ad Papyrium Petum ait. Tamen a mali-
41 tia nō discedis? † Ita sibimet ipsi aduersatur malitia, vt quo viam ad finem intuentum sibi datefaciat, Veritatis amictu apparere studeat, & sub apparenti verò prodeat; Quod, & Iurisconsultus ibi enunciat;
42 dum dicit, † ea est natura cauillationis, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt producatur d. l. ea est natura, sed, vt vnde discessit nostra reuertatur oratio
43 † malitia est molitio damni contra aliquem, & D. Augustinus malitiam describendo dicit, Malitia est, cum moribus deceptorijs, veritate palliata proprium commodum, vel alterius incommodum attenditur, & malitia quasi molitio dici potest eo, quod qui damnum, contra aliquem molitur. dolum adhibeat Bal. in d. l. quę fortuitis in princip. C. de pign. act. & pro dolo in iure passim accipitur. Ideò sacræ leges, quantum fieri potest, malitiam tamquàm rem valdè Execran-
44 dam † indignam foro, indignam Ciuili hac societate, in qua omnia
45 ex bono, & æquo tractari debent tollere conatur; † Cui nedum viam aperiendam non esse; Verum quantum fieri potest claudendam asserunt, l. cum hi, §. sed cum lis, ff. de transf. spec. in tit. de offic. om. iudic.
46 6. vers. si quis † Malitijs deditus homo quid est quod nō adinueniat? §. 1. in auth. vt hi qui oblig. se perh. hab. res min. Igneus in repet. auth.
47 ex causa colum. 15. † fallacem decipiendi, rationem malitiam appellat, Cicero quem se esse prudentiam videri vult; cum tamen distet ab
48 ea plurimum. † linguæ fallax non amat veritatem (inquit Sapiens) Typum malitiæ ipsius Veritatis Adumbrationem appellat summus Pontifex in cap. cum oporteat, de accusat. Ite ad locum meum in Sylo
26. vbi habitauit Nomen meum a principio; & videte, qui fecerim ibi propter malitiam populi mei Israel Propheta dicit.

Sed ò tempora, ò mores; Malitia hisce malitiosissimis temporibus,
49 ita suppeditat veritatem morumque probitatem † vt non nisi in malitijs

litijs homines sciant gloriari; Isque altero prudentior credatur *Hier. 7.*
qui malitiosior est; Sciatque alterum malitijs supplantare. Sed ò
Improbitas, † malitia cum vitiosa res sit Prudentia videri vult, & 50
qui malitiosus est, Vult prudēs vocari, Quodq; malitiosè facit prudenter facere credatur. Quod quantum alienum sit a natura nostra, vtique eo cognosci potest, † Quia etiam si illud placet, displi- 51
cet tamen vitij nomine appellari; Et qui callidi sunt prudentes appellari uolunt. Et si prudentia esset, mala esset, & turpis prudentia Malitijs ad honores ascendere, rursus, & malitijs alios depellere studeant. † Quod, & occasionem dedit summo Pontifici prospi- 52
cienti, quòd multoties perditorum atq; inuidorum hominum malitia Metropolitanus à Pallij susceptione Impediebatur, prouidendi, vt nedum per opponentes caueretur, quòd malitiosè id nō ageretur, sed per iurisiurandi religionem, & pęnam talionis tantę proteruitati occurreretur cap. 1. in extrauag. de Auth. & vsu Pall. Malitiam, ita odio prosequitur lex, vt nedū nullo pacto impunitam, verùm acriter coerceri velit, l. si longius, §. si filius, vbi Bar. ff. de Iud. sed vtinam secundum rationem viueremus, quoniam cohibitione legis non indigeremus? † quę propterea nos cohibet, quia secundū 53
rationem, non viuimus, quæ cum iustitiam, ac charitatem præcipiat, per malitiam iustitiam, & charitatem abijcimus; cohibitione ista non indigeremus, si secundum Apostolum viueremus. *Tit. 2.*

Malitijs, ita obsistunt leges, vt quos aliquando, benigno fauore prosequitur, si malitiosè in eo versatos depræhendat, fauorem subtrahat; & indignos reddat. † Etenim cum ex inolita consuetudine, 54
introductum sit, vt Rege Romanorum Romam aduentante Imperij Coronam, a Summo Pontifice suscepturo, vt postea satisfaciat omnibus creditoribus Præfecti Vrbis, quibus obæratus est; Et cuius ministerium, in ipsa coronatione, adhibet, vt refert Restaurus Castaldus in suo aureo tractatu de Imperatore q. 44. nu. 2. Si sciens Pręfectus Vrbis Romanorum Regem Romam aduentaturum Imperij Coronā suscepturū, grande æs alienum, ob id malitiosè contrahat, quo per Imperatorē postmodum illud persoluatur, propter ipsam malitiam, hoc priuilegium non consequitur, sed talis fauor ei denegatur Bar. in l. 1. §. 1. per illum text. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuerit, & dicit Cast. ibi † rursus cum iure cautum reperiatur, vt ini- 55

56 mico testi, non credatur gloss. in auth. de test. §. si quis, † & offensio in personam reddat offensum, Inimicum Fely. in cap. Repellentes nu. 3. de accusationibus, si quis malitiosè, Ne probet contra ipsum, colapho percusserit testem, non poterit, postmodum, ipsum, vti inimicum, recusare; ex quò malitiosè id egit. Bar. in l. 1. §. cum quis
57 itidem per illum tex. ff. de quęst. † ex quo redditur vana cautela 4.
58 Cepoll. † licèt, & ipse restringat ipsam, ad casum, vbi nō viget malitia, ratio est in promptu, ne malitia prosit Bald. in auth sed si dica-
59 tur in vlt. colum. in princip. vers. modo quæritur, C. de test. † itidem cum aliàs, liberetur fideiussor, bannito, quem præsentare promisit
60 Clar. per multos quos allegat quæst. 46. vers. Quæro pone † si fideiussor malitiosè procurauerit, ipsum banniri, haud liberatur Bart. in l. si vero in princ. ff. qui satisd. cog. multa alia similia adducit Felin. in cap. fin. pen. colum. de test. quæ longa serie, congerere possim, ni breuitati studerē, & ne longa esset isthęc mea quidem commen-
61 tatio † malitijs in summa occurrunt, non succurrunt leges l. cū do-
62 nationes, C. de transf. † Quæ, & ob id, etiam nolunt causa litis Imperatorem, seu alium Principem, hæredem institui posse l. pen. ff. de hęr. inst. vbi Paulus Iurisconsultus sic ait Imperatorem litis causa hæredem institui, inuidiosum est, neque enim calumnię facultatem à Principali Maiestate capi oportet, & Imperator in §. fi. inst. Quibus modis test. infir. asseruare videtur sic, & aliquando boni Principes vltro sibi adimunt quę alijs priuatis concedunt, ne quis, eorū maiestate abutatur, Nec in iure testamētorum, plus sibi, quam alijs
63 attribuere solent, † vnde, nec ex imperfecto testamento quicquam capiunt, magis quàm alius priuatus. ex Imperfecto, C. de testam.
64 † Quod seruauit Augustus hæres abignoto institutus † Ionathas, &
65 Populus Israel propter malitiam Demetrij Regis eius amicitiam
1 Mac. 10 respuerunt, prætuleruntquè ei Alexandrum. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias sicut modo geniti, inquit Apostolus. Sed, etsi valde detestādā res est mali-
1. Pet. c. 2 tia, ea est nostrorum temporum iniqua conditio, vt non nisi malitijs, omnia agantur, malitijs cōtrahitur, negotiatur, & malitijs cuncta ad se trahere quisq; conatur, de nulloquè magis gloriari vide-
66 tur, quam supplantationibus. Proximum suum decipere scire. † Et Aduocati, Patronique causarum; quorum est mentita detegere, & ne

ne veritas opprimatur, quantũ possunt efficere; Immemores, † quod 67
Promotores iustitiæ appellantur, in omnibus se defensionem tenere, & causas, siue iustas, siue iniustas scire defendere profitentur huic omnes eorum vires, ac neruos intendunt, in hoc anxie inuigilant, summopereq; elaborant, quasi quòd laudabile, gloriosumque sit, mendacium, & iniquitatem protegere, & non potius infame, atq; ignominiosum, pro quo certè rationẽ reddituri sunt, apud terribile illud omnipotentis Dei Tribunal, & iudiciũ grauissimũ in eis exercebitur, ob quòd aliquando in detitum habiti sunt licèt alioquin nobiles, & honorabiles, quando honorabiliter, & virtuose talem eorum professionem exercent † talesque eos reputet 68
locorum consuetudo, prout nobiles, & honorabiles, reputat Cagnol. in repet. l. 2. §. post originem nu. 215. & seq. ff. de orig. iuris quorum honorabiliter etiam meminit Imperator in l. laudabile, C. de Aduoc. diu. iud. quiq; propriè Aduocati dici possunt: latè etiam eos deffendit Burg. dec. 41. par. 1. quicquid dicatur in l. si quis procurationẽ, C. de decur. lib. 10. vilẽ esse professionẽ, nã Imperator ibi loqtur de vilibus viliumq; cãrũ Procuratorib. & inepte allegatur ille textus ad hoc ꝓpositũ. † Laudatur Traianus Impera- 69
tor à Plinio in eius Panegyrico, ꝙ inter alia, saluberrimis legib. oẽm ansam, calumnijs, ac malitijs tollere, quę fierit, malitiosos ipsos fori profanatores pœnitus euellẽdo. Qui talibus verbis fatur. At tu Cæsar, q̃ pulcrũ spectaculũ, pro illo Nobis execrabili reddidisti: Vidimus delatorum Iudiciũ, quasi grassatorũ: quasi latronũ; Non solitudinem illi nouiter, sed templum, sed forum insederant: nulla iam testamenta secura; nullius status certus; Non orbitas, non liberi proderant; subdens Auxerat hoc malum Principum Auaritia: Aduertisti oculos, atque, vt ante castris, ita postea, pacem foro reddidisti; excidisti intestinum malum, & prouida seueritate cauisti, ne fundata legibus ciuitas, euersa legibus videretur. † Non declines cor 70
meum in verba malitię ad excusandas excusationes, in peccatis inquit sacer Vates: In malitia eorum disperdet eos disperdet illos Psal. 140.
Dominus Deus noster alibi dicit. † Audiant malitiosi. Quid eis Psal. 93.
per Prophetam dicatur: Quid gloriaris in malitia, qui potens es, in 71
iniquitate? tota die, iniustitiam, cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti, dolum; dilexisti malitiam, super bonitatem, ini- Psal. 51.

B 2 quitatem

quitatem magis, quã loqui æquitatem: dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa, & comminando addit. Propterea Deus destruet te; in fine euellet te, & migrabit de tabernaculo tuo, & ra-
72 dicem tuam de terra viuentium. † Atque diram Imprecationem
Hiere.5. Hieremiæ. Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi Aucupes laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros: sicut decipula plena auibus: sic domus eorum plenę dolo: Ideò magnificati, & ditati sunt; Incrassati sunt. Et impinguati, & prçterierũt Ser-
Prou. 20 mones meos pessimè causam viduæ nõ iudicauerunt, namque honor est homini qui separat se a contentionibus.

73 † Et Religiosissimi Imperatores ne lites ipsę fierent penè immortales, & vitæ hominum modum excederent, & quia ipsas sepè materiam criminibus creare noscebãt, eas triennio concluserunt l. Properandum, §.1. C. de iudic. vltra quod tempus noluerunt posse litigatores eas protrahere, sed instãtiam ipso iure esse peremptam; vt ibidem, & dicunt gloss. in l. 1. §. sed si Iudex, ff. eod. tit. de iudic. Ias. in d. l. præparandum, & etiam Bart. & Alexand. qui plus volunt, vt & iuramento facta prorogatio non valeat, Maran. in suo Spec.
74 5. par. princ. num. 23. † Solus Princeps potest ex plenitudine potestatis insuflare ei spiritum vitæ, Paris in tract. de sind. in verb. sen-
75 tentia, quo casu debet causã reparare † præuia refectione expensa-
76 rum, vt ibidem notat Maran. num. 33. † Breuiari quidem potest instantia consensu partium: quia, qua ratione, prorogari non potest, eadem breuiari valet, fauore publico, vt litium sit finis Rom. in d. l. 2. ff. de re iud. Alexand. in d. l. Properandum in princip. & ibidem Ias. in penult. colum. vers. tertio limita pulchra dicit Par. de sind. in d. verbo sententia cap. 6. per totum Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 10. num. 30. cum ibi allegatis. Egregia sanè quã est detestatio litium, per quam declinatur hoc malum, & quæ non fierent saltem, ita frequenter, si quę officij sunt homo teneret, quod est pacem seruare, & abstinere à calumnijs, quæ sicuti inquinant hominem deturpant Ciuitates, ac Regna faciuntq; vt excętu hominum iure sociatorum, publica, latrocinia, & latibula ferarum reputentur.
77 † Vnde benè dicebat Philosophus; qđ quietè viueretur in mũdo, si duo hæc auferentur, è medio Meum, & tuum, tanquam occasio sint
78 harum discordiarum. † Quandoquidem Anaxagoras agrum suum omni-

omnibus cōpascuum esse uoluit. † Itidem Pericles eius discipulus 79
ex suis prędijs macerias sustulit, vt ad fructus inde percipiēdos liber omnibus pateret accessus. † Idem Lycurgus in Laconica sua 80
republica instituit, extendebat Plato, etiam quo ad vxores, ut habetur in cap. Dilectissimus, §. 1. 12. q. 1. Quod tamen declarat gl. ibi nō intelligi respectu usus carnis, sed quoad honoris protectionē allegans Ciceronē dicentē, Dulcissima rerum possessio, cōmunis est. Non quidem ut duo hęc in se mala sint etenim † Distinctio Domi- 81
niorium, est de iure gentium, ne homines absolescerent, sed solertes fierent §. ius autem gentiū Instit. tit. de iur. nat. gen. & ciuil. † Abij- 82
ciat Crates Philosophus, suas diuitias in Mare, Nanq; Christiana religio, propriū, ac diuitias temere nō dānat, ēt si Affluāt; nec profundere, seu reijcere iubet, sed ne ijs cor adijciamus præcipit.

Et tantū abest, ut Dominus promiscuam rerum omnium com- Psal. 61.
munionem exigat, ut apertè rerum proprietatē, & dominiorum distinctionem confirmet, furtum, prohibendo. Quod non nisi rei aliene, esse potest. † Nec est ignotū legem Agrariam, & C. Licinij ple- 83
biscitum, quæ de agris ęque populo diuidēdis Ferri intendebat explosam Gracchumq; ipsum ob id cesum fuisse, & de qua Cicero in oratione de lege Agraria. † Rerum diuisionem, rationabiliter 84
propter tria factam fuisse, Scotus in 4. sent. 15. dist. art. 2. asserit. Primò ad excludendum negligentiam, eo quia si essent cōmunes agri, insolitudinē reducerentur, etenim † quod commune est communi- 85
ter negligetur l. 2. C. Quando, & quibus quarta Pars deb. lib. 10. sicque necessaria hominum substentatio defficeret; Secundo ad tollendum rixas, & controuersias, ne cum homines prompti ad dissidium, unus plusquàm alius ex terris occupare contenderet. † Vnde 86
de Nēbroth. legitur, quod robustus uenator erat, hoc est oppressor aliorum, cap. non est peccatum, §. his, itaq; 6. dist: Tertio ad tollendum ipsam malitiam, quia malitiosi puniri nō possent, pro eo quod plusquam alij, occuparent ex quo dicere posset, nōn capere alienū sed commune, † ob quod, & Aristotiles in 2. polit. reprehendit So- 87
cratem, & Platonem quod promiscuū rerum usum concesserint, sed quia malitia hominum ex his occasionē sumit ad malum † etenim 88
lis à limite, idest termino dicitur eo qđ primæ inter homines lites de limitibus fuerint, c. Forus, de uerb. signif. & auth. Habita, c. ne fil.

pro

pro Par. ubi Doct. feruntque Primam legum latricē Cererē fuisse, quæ Primo de agrorum finibus discepare cępit.

Summa quidem laus est detestari lites, quæ semina discordiarū sunt cap. 1. §. ecce 46. dist. & nihil magis aduertere Principes, ac rerum publicarum Moderatores, deberēt, quam litium igniculos tollere, earumque fomitem quantum possunt, amputare; ex quibus tot mala in Ciuitate, tot cędes in populo, totq; urbium euersiones, eue-
89 nient † quandoquidem pariq; ratione, rem litigiosam, uēdi prohibitum fuit, toto tit. ff. & C. de litigiosis, talesque alienatarij litium redemptores dicuntur interq; execrandos à iure ponuntur, nec mi-
90 rum, † nam lis ex arrogantia prouenit, & garulitatem nutrit. d. c. 1. distinct. 46. hinc litigiosus ordinari prohibetur, quia nunquam ces-
91 sat seminare discordiam ibidem, † & Apostolus ordinandum in Episcopum, vult esse irrepręhensibilem, vnius Vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentē, pudicum, hospitalem, non percussorē, *1. Ad Thimot. 3.*
92 sed modestum, non litigiosum. † Vnde volunt Doctores quod filius, qui in Testamento, Patris, hæres institutus, cuique prælegata facta fuerunt, si viderit hęreditatem Patris grauibus oneribus esse implicitam, possit abhæreditate se abstinere, et legata acceptare l.
93 filius Pater vbi Ias. num. 1. ff. de leg. 1. rationem allegat, † quia boni viri est lites execrari, l. apud Celsum, §. si quis, ff. de except. doi.

Nec putet quisquam, de solis ipsis Principibus hoc dictum esse,
94 † sed boni patroni causarum est etiam, quantum potest, ab iniustis litibus abstinere, ne .s. ita agendarū causarum gloria capiatur, vt ea luce fori, cuius splendor, ambitiosa ingenia facile incendit derelicta passim, & sine delectu lites omnes defendendas amplexetur, & pugnis ciuilium cōcertationum puluereque forensi, rabie, atque odio ipsas pertractet, tanquam si ipsemet, de re propria, litigaret, cum potius deplorare debeat hæc dissidia; sed par est generosos animos omni studio vires colligere, & rationes omnes meditari, quibus cum, in hancarenam descenderent, vt afflictam Innocentiam defendant; patrocinentur veritati; fraudes, & iniurias propulsent; in propulsationemque improbitatis, summa contentione peruigilent tonent, fulminentquè eorum eloquia. Etenim Imperator ipsos prærogando non ad iniquas lites tuendas accendit, sed ad iustas enixis viribus substinendas adhortatur, dicens Aduocati qui dirimunt ambi-

ambigua facta causarum; suæque defensionis uiribus sæpe publicis in rebus, ac priuatis lapsa erigũt; fatigata reparant; non minus prouident humano generi, quam si prælijs, atque vulneribus Patriam parentesquè seruaret. Nec enim solos nostro Imperio, militare credimus illos, qui gladijs clypeis, & thoracibus dimicant, sed etiam Aduocatos: Militant namque causarum Patroni qui gloriosæ vocis confisi mvnimine laborãtium spem vitam, & posteros defendunt l. Aduocati, C. de Aduoc. diuers. Iudiciorum: Litigium Demogorgonis filium, ob sui deformitatem a cœlo deiectum fuisse antiqui fabulantur Poetæ. Et Muliebre est litigare inquit Seneca, de Quatuor virtut. † Isocrates nõ magis admonere videtur Regẽ suũ 95
Nicoclem quam vt eas leges ferat, quæ, vel nullius litis habeãt Seminariũ, vel exortas cõtrouersias statim dirimãt. † Cicero egregie 96
laudat Seruium Sulpitium, nõ tam, ob admirabilem, & pęne diuinam iuris ciuilis scientiam, quam quod semper maluerit litium, an fractus tollere, quam actiones ad eas constituere. Quod, & isdem Sulpitius profitetur † laudatquè Papinianus noster fratres, quos 97
pietatis officio functos, asserit vt arbitro, quẽ acceperant, derelicto, vltroneam trãsactionem, communis eorum hæreditatis, interipsos inierint pręclarũ eius respõsum habetur in l. si. ff. fam. hercis. Commendat. † Vlpianus verecundam litis execrantis cogitationem, l. 98
item si res, §. Potest. ff. de alien. iud. mut. caus. fa. † Esaias grauiter 99
inuehit in morosos ipsos litigatores † Paulus acerbè Corinthios de *Esai.*
litibus arguit: Eadẽ seueritate † coApostolus eius Iacobus populũ 100
suum litigatorem, eo nomine increpat: Agnoscentes forenses lites *1. Ad Cor.*
vti in plurimum à malo proficisci, & significantes, aliquem esse vi- 101
ctum, & superatũ odio potius, uel auaritia, uel alio simili corrupto, *Iacob. 4.*
& uitioso affectu qui nos agit præcipites, quàm iustitia. † Solũ 102
Caligulam iniustum Imperatorem aluisse lites comperio, qui iniqua eius cõstitutione edixit, ut quadragesima summa, de qua litigabatur, uectigalis nomine pẽderetur, ita ut nec liceret impunè litem motam componere, sic ille omnes litigatores multabat non publico bono, sed fisco suo consulens; Quod si mores nostrorum temporum, & fori turbas intueamur, uix ullam fortasse actionem, aut litẽ quæ impura non sit, uel saltem impunè tractatam, ut rectius loquar non cõspiciemus, sed hoc prouenit, quia hmõi tractationi, sine de-
lectu

lectu admittitur, quilibet non explorato an piè in eius actionibus
103 viuat † talisque eorum improbitas ab iniquis Iudicibus multoties alitur, qui bonos depellunt, & iniquos tollunt, quod semper pace bonorum dictum sit. Non inueham ad deplorandum hoc malum, & ignorant, quod mali damnabiliter persequũtur bonos. c. Nimium.
104 23.q.4. † ita prohibitum est procuratoribus calumniosam litem nomine Domini instituere, vt si eam instituerit, ipse, & non Dominus, in expensis condennetur, argum. l. non est ignotum C. de adm. tut. spec. in tit. de exec. sent. §. sequitur. vers. sed quid si Procurator.

Declaratur tamen, non vendicare sibi locum, quando procurator mandatum ad id speciale habuerit à Domino, ita egregiè declarat Bar. in l. 1. §. si procurator, vers. ex prædictis sub num. 5. ff. si quis ius dic. non obtemp. & multò magis quando Dominus ipse, per se ipsum, eam instituerit, vel opposuerit, tanquam eo casu cesset ratio, vt in generali mandato Dominus, quod procurator eius nomine calumniosam litẽ instituat, vel temerè opponat, mandauisse non intelligatur. l. si procurator, in principio ibi ad eodemmet Bartolo allegata. ff. de cond. indeb. quem tali casu ab expensis releuari conuenit. Minus uè in simplicibus interlocutorijs, super articulis iuris, qui cũ absque impensa, vel saltẽ modica, & non considerabili, expediantur, & in quibus nec etiam ipse principalis condemnari solet, nec ipse procurator donari debet. Cyn. in l. Polla. C. de his quib. vt indig. Bal. in l. fin. ad finem C. quando prouoc. non est nec. Lanfran. de Oriano, in repet. c. Quoniam contra, in verbo, expensæ, num. 11. de prob. Addi potest & in defendendo, in quo quis calumniari non dicitur. est celebris glossa, magna, in l. 1. C. qui accus. non poss. Quam ibi extollendo Bal. sub num. 17. ait, calumniam resistentem non mereri repulsam. Quia ius naturę permittit, vt quis defendat se, Naturalis enim dulcedo, sic insita est, dicit, & glossa in l. in summa vbi & Alber. de Ros. ff. de cond. ind. licet forsan dici posset, Procuratorem in simplicibus istis interlocutorijs in expensis damnatum, calumnię damnatum non dici, nisi expresse hoc pronunciauerit Iudex. l. 1. §. 1. ff. ad senatusconsf turp. & l. 1. vbi Cynus C. de Aduoc. diuers. iud. dicit & Chucalon in addit. Ad Angelum de Malef. in verbo. & Ad quærelam Titij infrascripti sub num. 73. Non hoc tamen dico, vt velim, causidicis cuius officium, dixi esse laudabile, honorabile, &

perquam

perquam necessariũ Reipublicę, licere, in defendendo, & in istis etiã interlocutorijs, iniustis vti defensionibus; Quos immò volo omni labe esse solutos, & semper verum sequi, memores vt dixi, Quod promotores Iustitiæ appellantur, & abstinere à tali dulcedine indigna homine libero, & maximè Christiano, & foro ipso: Quicquid, dixerit Cicero, Iudicis semper esse verum, sequi, patroni aut causarum quandoque verisimile, etenim ethnicum dictũ est. Sed propter illos Iudices, qui non zelo iustitiæ, sed liuore vindictæ ad id prosiliunt, & quibus dici posset illud Dominicum, qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapides mittat. *Ioan.8.* Atqui eorum Deus vltor erit iustus Iudex. Quibus dicitur, Iustitia sine misericordia fiet illis, qui misericordes haud fuerunt, etenim vera iustitia compassionẽ habet, falsa verò dedignationem, quamuis & iusti soleant, rectè peccatoribus indignari, sed aliud est quod agitur typo superbiæ; aliud quod zelo iustitię, vt inquit Diuus Gregorius, & habetur in c. Vera. 45. dist. subdens. At contra hi, qui de falsa iustitia superbire solent, cæteros quosque despiciunt, nulla infirmitatibus misericordia condescendunt, & quò se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt; & dum sic contra eos, quos malos putant, indignari credũt, dedignantur: per notata ab Archidiacono in d.c. Vera.

Sed vtinam eam saltẽ in litigãdo moderationẽ, retimeremus, quã Ethnici in suis actionibus retinebant, & iudicia exercebant, eorumque exemplo ad piè in eis conuersandum moueremur. † Audiremus eundem Isocratem, qui in suo Areopagytico Priscos laudat 105
Athenienses, quod forum fugerint, nec illuc discederint nisi coactè, & magno pudore, ita videri litigatores abhorrebant. † Audiremus, & Ciceronem in suis Officijs dicentem, virum bonum esse non 106
debere in exigendo acerbum, sed ęquum, & facilem, multa multis de iure suo cedentem, à litibus quantum licèt, & paulò plus etiam quàm liceat abhorrentem. † Audiremus, & damnantem gentem 107
Siculam, quod esset natura procliuis ad lites, & iurgia. † Marcellinus 108
vituperat Ægyptiorum genus controuersum (vt ait) & assuetudinè perplexitatis litigandi lætissimum. † Martialis miserum iudicat, 109
& dementem Gargilianum quendam, qui diutius litigaret, cùm posset cedere, & vinci, sic inquiens,

Ah miser, & demens viginti litigat annos

Quisquam, cum vinci Gargiliane licet.
Deridetur. ——

Parnus quod ita esset litigiosus, vt ob amissam nauiculam, cum obuijs quibusq; litigabat: vnde natū est Prouerbium. Ob Parni scaphulam idest ob res minutulas, multū mouere litium, & querelarū.

Esse procul lites, & amara præmia linguæ.

110 Inquit Ouidius. † Et inter ea quæ faciunt vitam beatiorem ponit, vt sit lis nulla, Toga rara, sed cur imus per eblandita, atque emendicata suffragia? Vbi habemus auctoritatem Salua-
111 toris nostri Iesu Christi, qui detestando lites dicit, † Qui vult
Matt. 5. tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium, nec turpe iudicet cedere, quasi quod de iure suo diffidere
112 videatur, quia salubris est detestatio litium. Feli. in c. illud. col. 5. de
Act. 5. prescript. † Et magis oportet obedire Deo, quàm hominibus.
113 † Abstinete à lite, & minues peccatum dicitur. Et inter duodecim
Eccl. 28. mundi, abusus ponitur Christianus litigiosus. Igitur, vt Iurisconsulti hi nostri, qui Christiano sunt insigniti nomine, quique fraterna charitate per sanctissimum hūc caracterem nobis colligati sunt,
Act. 11. & propter vinculum charitatis, quibus inuicem allegati sunt, ante-
114 quam Antiochiæ sortirentur hoc nomen, † quod sortiti sunt an-
115 no 6. post Christi in Cælum ascensum C. sacrosancta 22. dist. † Fratres inuicem appellabantur, alant quę debent extinguere diffidia, aut sanctissimam æqui, & boni artem professi, sordidam quandam litigandi artem edoceant, non formidantes saltem terribiles illas minas, quas Paulo ante ex Propheta; memoraui, fugiant nomen Veteratoris. Enimuerò Aduocationis Officium Nobile semper, atque honorabile apud quoscunque, vitæq; hominum per quam necessarium reputatum fuit, tale etiam preconizat Imperator in l. laudabile. C. de Aduoc. diuers. Iud. Laudabilem artem vocat Anacletus summus Pontifex in c. Quia Episcopus 5. q. 3. Honerabilem dicit Bal. in l. inuitus. col. 1. C. de proc. & in l. 1. §. Ait Prætor. ff. de post. Nobile reputat idem Imperator in l. Prouidendum in princ. In verbo nobilissimos. C. eodem titulo de post. vbi parificat Aduocatos & Procuratores ad lites, quos causidicos nuncupat, ibi aut meritum nobilissimos facit, vt par causidicorum distributio fiat Causidicos Aduocatos appellat Imperator in l. Quisquis C. eod. tit.

de

de post. vbi synonimizãdo. Quẽ causidicum appellauit, mox aduocatum, & postmodũ patronũ nũcupat. Parificat & Iurisconsultus in l. 1. §. Postulare. ff. eod. Quod & clarè colligitur ex textu. l. primæ §. Aduocatos. ff. de var. & extraord. cogn. vbi describendo Iurisconsultus, Aduocatum, atque eius officium ait Aduocatos accipere debemus omnes omnino, qui causis agendis quoquo studio operantur; & qui nã maiori studio causis agendis operatur, quã procurator ad ipsas causas, qui legalibus scripturis causas ipsas instruit, & gloriosę vocis munimine eas etiam coram magnis mundi Principibus defendit? Asconius Pædianus in Tullium de Diuinatione. Vnicam diuisionem, inter causarum patronum, & aduocatum faciens dicit, inter Patronum, & Aduocatum id tantum interesse; vt Qui alterum in iudicio defendit, si Orator est Patronus dicatur, si autem ius suggerit, aut præsentiam suam amico accommodat, Aduocatus appellatur, & vterque titulus C. de Aduoc. diuer s. Iud. magis causidicis, quam Aduocatis, accommodatur. Nobiles reputat eos locorum consuetudo, cum ad illud exercendum laurea Doctoratus insigniti admittantur, Nobiles reputant Principes, qui & ipsos ad Magistratus, & Officia dignitatum deligunt. Causidici fuerũt Priscis temporibus Cicero, & Hortensius Oratores clarissimi, recentioribus temporibus Paulus Iurisconsultus, & Plinius Iunior, qui & scribens ad Nepotem lib. 2. epist. ait. Nos qui in foro verisque litibus terrimur, multum Malitiæ quamuis nolimus addiscimus; & vnde discessimus, vt reuertamur, ita nobile est Aduocationis officium, vt Spartianus, in Iulianum Imperatorem laudare eum volẽs à generis Nobilitate dicit. Didio Iuliano, qui post Pertinacem Imperium adeptus est. Proauus fuit, Sabinus Iulianus, bis Consul, Præfectus Vrbis, & Iurisconsultus, qui magis eum Nobilem fecit. Quicquid Rabulas Canes acerrimos, venale genus, Lyncibus, & Leonibus truculentiores, togatos Vultures, & garulos aliqui eos appellauerint; Nam contra manifestam veritatem obloquuntur, perlegant Paulum de Cittadinis, & videbunt, quo encomio digni sunt. in tract. de iure Pat. Parti. 2. num. 11. vbi ponit qualitates, quæ vero Aduocato inesse debent. Pulchra de ipsis scribit Paris de Puteo de Synd. in tit. de excess. Aduoc. Boss. in titulo de resp à reo fac. non iniocunda congerit Cagnol. in rep. l. 2. in §. post originem. nu-

mero 213. Vbi postquam fuit inuectus contra malos Aduocatos, & proteruos causidicos, quorum eloquentiam caninam facundiam nuncupat, qua mutuis sese latratibus impetunt Deum, & homines lacessunt, maximè in causis iniustis, quas iniquorum Aduocatorum pascua esse asserit, officium proborum causidicorum, laudabile, atque honorabile, maximè in inclytis Ciuitatibus prædicat, damnando improbam inductionē Accursij d.l. si quis procurationem, contra eos factā. Non tamen hoc dico quod Iudiciorum vsum omninò damnem, aut nefas esse inter Christianos exerceri ducam, quē
116 immò per quam necessarium aliquando esse existimo. † Nam & ad hoc semper instituti sunt Magistratus, ac Iudices, vt sint malis terrori, & bonis subsidio, perque eorum manus Deus Respublicas conseruari, & ciuiles controuersias, quæ in humana hac societate gignuntur, dirimi, ac componi vult, sed quod vsus huiusmodi sit iustus, & qui magis tueatur, quam conuellat; Christianamq; chari-
117 tatem, & Rempublicam, magis conseruet. † Prædicat Lactantius lib. 1. Diuinarum Institutionum, Priscam Iuris Ciuilis prudentiam arbitrosque æquitatis appellat, qui institutiones Iuris Ciuilis compositas ediderunt, quibus ciuium diffidentiū, lites, contentionesq;
118 sopirent † vsq; adeò lex odit lites, vt cum secundum magis communem opinionem relatam à Gabriel. in suis comm. concl. tit. de confess. c. 1. n. 31. & seq. confessio liberatoria absente parte facta, nec etiam vt probet aliquid non esse debitorē valeat, allegat Salic. in l. generaliter in fin. q. 12. C. de nō cum pec. & in l. vnica 15. opp. in fin. C. de confess. tamen in renuntiatione litis odio litium præiudicet glos. in l. postquā liti C. de pact. Innoc. & Im. in C. cum pridē eodem titulo. Purpur. in ead. l. postquam liti col. 7. Bal. in auth. in successione in fine. C. de leg. hęred. in l. & hæredi. §. fin. ff. de pact. & in Rubrica C. res inter alios acta. Christus Apostolos sine auro misit ad prædicandum, vt ipsis subtraheret causam litis, vt inquit D. Ambrosius, & habetur in c. ira. 11. q. 3.

At cum Principibus, & his qui Respublicas regunt, tàm curæ esse debeat, vt per saluberrimas leges, sanctasque constitutiones
119 quies in populo conseruetur, tollanturque litium igniculi; † Non minori Curæ etiam esse debet, eorum Magistratibus, & his quibus datum est ab illis ius dicere, vt quàm ocyssimè iudicales hę controuer-

trouerſiæ ſine debito terminentur, nec minùs elaborare debent ipſi, vt lites, & cauſæ, quæ coram eis deferuntur, citò finem accipiant, quam Principes ipſi modum, & formam pro facili, & cita earum diremptione præſcribere, † cum & ipſis in multis liberè laxentur 120
habenæ, eas, vt volunt ex æquo, & bono terminandi, magnæq; eorum probitati, atque prestantiæ tribuatur earum celeris expeditio
† Et cum omnia nominatim legibus compræhendi non valeant' 121
quę in illis expreſſa non ſunt, diſcreto iudicio religionique ipſius' iudicantis, ea terminandi, relinquūt l. 1. in fine, & ibidem Bal. ff. de iur. del C. in cauſis vbi Pan. de offic. deleg. vt qui ex bono, & ęquo, probabiliq; naturalis rationis iudicio, & perpenſis rei de qua agitur circunſtantijs ius dicat l. Non poſſunt cum ſequenti ff. de leg. † 122
Quod & Cicero, in Oratione pro Fronteio, expreſsit, inquiēs, in rebus iudiciandis, non minimam partem ad vnamquamq; rem æſtimandam, momentoque ſuo ponderandam ſapientia Iudicis tenet.

† Et potiſſimum elaborādum eſt Iudici, vt certam ferat ſenten- 123
tiam, etiam ſi de incerta quantitate apud eum actum ſit §. curare inſtit. de act. iuxta tamen Theoricam Doctorum ibi † neq; enim ad 124
aliud conſtituti, ſunt Iudices, niſi, vt per eorum officium, debitum finem accipiant iudiciales controuerſiæ, † & Iudicis officium ſu- 125
ſcipere, nil aliud eſt, niſi polliceri ſe ſua ſententia finem Iudicialibus controuerſijs impoſiturum l. Pomponius ait §. recepiſſe ff. de rec. arb. finaliſque debet eſſe ſententia, vt Iudex officio ſuo functus dicatur, cum tunc reuera iudicatum cenſeatur, quando iudicis pronunciatione controuerſia finem accepit l. 1. ff. de re iud. & ſententia eſt terminus diffinitiuus litium l. terminato C. de fruct. & lit. expēſ.
† Ob quod multoties receditur à communi foro, & vel ſpontè, vel 126
iuris municipalis coactione, in arbitros, remittitur controuerſia, vt auctoritate ſibi tributa, quod fortaſſe Iudex ex formulis ſibi à iure præſcriptis, non faceret, ipſi faciant; tollantque omnem iurgij occaſionem, radicituſq; diſſentionem ipſam conuellant, in tantum † 127
vt ſi ſuper pluribus differentijs aſſumptus fuerit arbiter, niſi omnes finierit, ſententiam dixiſſe nō exiſtimetur l. dicere ff. de recept. arb. Quinimò ſi partes compromiſerint in arbitrum omnes, & quaſcūqueearum lites, cauſas, & controuerſias, quomodolibet inter ipſas vertentes, & vtraque pars coram eo ſuas prætenſiones propoſuerit,



rit,nisi simul,& semel omnes finierit, suo officio, rectè functus non dicatur; cum super omnibus arbitrium suum ferre debuisset Bal.in l.quidam tameneod.tit.de recept.arbitr. Felin.in cap. cum inter num. 19.& seq.de re iudicata; finem itaque liti non imponit,quinimò nouas lites serit,& perniciosiores prioribus,qui vel obscuram,
128 vel incertam profert sententiam † vt præsepè faciunt aliqui ex delegatis Iudicibus,qui cum sciant propinas, seu sportulas eis deberi, quo eas sibi multiplicentur,quibus maximè inhiant,incertas sepè numero ferunt sententias, easque appendicibus, ac reseruationibus plenas,vt plura in vna eademque causa, eis obueniăt salaria, non contenti honestis stipendijs suis.

Peccant quidem frequenter Actores, qui temerè alios litibus vexant,iniustasque substinent,quosque ad iusiurandum calumniç,
129 quod maliriç dicitur,vt superius dictum est,lex adigit. † Et quod Iudex in quacunque parte iudicij,quando expedire ei videtur, & exceptionem per calumniam proponi suspicatur exigere potest c. litteras §. præterea de rest. spoliat. Arch. in c. pia super verbo
130 Malitia de except.in 6. † atque litis ipsius dispendio, & sumptibus afficit,si temerè,iniustamque litem, mouisse deprælendet. l. 1.
131 C.de iur.propt.calum.dand. † Sic Tullius,pro Sylla dicturus,vos
132 (inquit) Dij Penates testor,me huc integro animo descendere † quod & Fabio lib. 12. Placet dum asserit non conuenire actori iniusta tueri scientem. † Iurant itaq; litigatores actor quidem non animo calumniandi litem mouisse,sed existimans,sese iustam causam habere l.2.C.eod.tit.de iuriur.propter calum.dăd.Reus quod non aliter suis allegationibus vtetur,nisi ad bonum,&quod putans se bona instantia vti ad reluctandum peruenerit.

Iurabant,& olim patroni causarum,hinc inde sacrosanctis Euăgelijs tactis, quod omni quidem virtute sua, omnique opè, quod verum, & iustum existimauerint clientibus suis, inferre procurabunt, nihil studij relinquentes,quod sibi possibile est, non autem credita sibi causa cognita,quod improba sit, vel pœnitus desperata, & ex mendacibus allegationibus composita ipsi scientes, prudentesque mala conscientia liti patrocinabuntur,sed & si certamine procedente, aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent, ab huiusmodi communione sese pœnitus separantes Auth. Hodie

§.pa-

§. patroni C. de Iud. etenim maiori pœna non putauerunt temerariorum litigantium proteruiā Imperatores posse compesci, quam ducere ipsos ad reatum æternę damnationis. Verum iusiurandum hoc patroni causarum recessit ab aula, & malè, licet, & malum sit iniustam litem absq; etiam tali iureiurando suscipere, ac tueri.

Erat, & aliud iurisiurandi genus propter calumniam quod præstabāt, & ijdem litigatores, vt nempè iurarent quod nihil pœnitus causa patrocinij iudicibus, vel alij cuicunq; personæ pro hac causa dederint, vel promiserint, vel postea dabunt, vel per se, vel per aliam mediam personam: Exceptis ijs quę proprijs Aduocatis pro patrocinio præstant vt in auth. principales C. eod. titulo de iur. propter cal. dand. Iurabant & Iudices secundum formam l. Rem non nouam, & auth. hodie C. eodem tit. de iud. sed vtinam hoc seruaretur hodie, quam multi abstinerent à profusa largitione erga Iudices qui munijs taliter inhiant, vt ni dentur exposcere non erubescant, & de quibus dici potest illud sapientis. † Victoriam, &
honorem acquirit, qui dat munera; Animam, autem aufert acci- 134 *Prou.* 22.
pientium. Rursus † veritatem ama, & noli vendere, sapientiam, & 135
doctrinam, & intelligentiam. Memores illius Prophetæ, † Audite 136
hoc principes Domus Iacob, & Iudices domus Israel, qui abhomi- *Prou.* 23.
namini Iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Syon *Mich.* 3.
in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate. principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant. Iusiurandum etenim spiritualem quandam tortura reputant. Soc. cons.
253. col. 2. in princ. Munera de sinu suo accipit, vt peruertat semi- *Prou.* 17.
tas Iudicij, dicit Sapiens.

Et ea est vis iurisiurandi propter calumniam, quod à litigatori-
bus exigitur, † vt si actor calumniæ sacramentum subire nolue- 137
rit, non liceat ei pœnitus ad litem peruenire, sed cadat ab instituta actione: Quasi improbus litigator, & tristitia iudicum ei cum summa interminatione occurat, & à Iudicio eum quàm longissimè expellat, sin autem reus, hoc sacramētum subire recusauerit, in ijs capitulis, quæ narratione compręhensa sunt, pro confesso habeatur, & liceat Iudici, sententiam proferre, quemadmodum ei, & ipsa rei qualitas suggesserit d. Auth. Principales §. quod si Actor C. eod. tit. de iureiur. propter calum. dand. allegat causam ibi Imperator,

vt

vt sic non lites solum,sed etiam calumniatores minuantur, sic pro iudicijs putabunt homines sese in sacrarijs sisti: Illud tamen animaduertendum est,quod vbi Procurator de calumnia iurat in domini,& sui animam iurat.c.fin.de iur.cal.in 6.& c. 2. §. 1. eod. tit. Bar.in l.cui bona fide §.si alieno nu.2.& seq.ff.de dam.inf. Quod malè seruatur in praxi,qua iurant in animam Domini.Duntaxat, & sic credunt euadere diuinam vltionem.

Erant & aliæ penę statutæ contra temerarios litigatores im-
138 probos: † Improbum litigatorẽ appellat Papinianus in l.qui solidum ff.de leg.2. cui ratio litigandi defuit, quemq; viatica litisque sumptus Aduersario suo reddere opportere asserit l.eum quem temerè ff.de iud.apud Atheniẽses,in litis exordio,deponebatur certa quantitas pecunię,nempè decima pars eius,super quo litigabatur: qua mulctabatur temerarius litigator apud Romanos idem ferè obseruabatur.Ioann.de Deo in tract.de caut.seu cauill. lib. 1. c. 6. num.5.& lib.6.c.5.num.1.cum seq.

Sed non rarò peccant quoque ipsi rei conuenti improba peruicatia.Qui bonam fidem vltrò cognoscere nolentes, iniusta negatione, veritatem ipsam, oculunt, contra quos, & multa prodita
139 sunt,& in pœnam,& in damnum, † in pœnam vt in actione legis Aquiliæ contra negantem pro damno iniuria dato, actio in duplũ detur l. contra negantem C. de leg. Aquil. aut si legatorum locis venerabilibus relictorum causa agatur §.1.instit. tit. de poen. tem. lit.& alijs de quibus inferius pertractabitur,& recenset. Aretinus, & cum eo Platea in §.ex maleficijs Inst.de Act.in damnum,vt hac
140 lege nostra † per quam conuentus actione reali, negans se possidere,si conuincatur de mendacio, perdit rei petitæ possessionem, quę absq; vlteriori dominij probatione, de eo in actorem, trãsfertur, vnde reus postmodum fit Expossessore Petitor, & hoc vt pœ-
141 nam suæ proteruitatis,& malitiæ patiatur. † Nullum quippe quidem nostrorum Iurisconsultorum responsum in his Pandectarum, seu digestorum libris adest, in quo,non magnopere Priscę Latinę eloquentię splẽdor emiceat, ita ut de ipsis,dici possit sicut de Plauto dicebat Varro, quòd si Musæ Latinè loqui vellent, non aliter quàm Plautino sermone loquerentur:ita non aliter, quàm priscorum Iurisconsultorum sermone loquerentur, sed tùm maximè in
hoc

hoc nostro responso. In quo Furius Anthianus Clarissimus Iurisconsultus, breui, præpolitoq; sermone, multa perstringit, singulum misteriũ, significantia, vt mox ponderando ostendemus. Itaut non multa, sed multum, dixisse videatur, hoc est pauca, continentia multa; in quoquam tamen à veræ latinè eloquentiæ candore, non deflectent, licet diuersa Phrasis sit ab alijs, & aliorum responsis, elegans tamen, ac præpolita.

Textus hic noster, licet Prolixus (vt asseruimus) in substantia breuis tamen, in sermone, propter sui breuitatem, summario fortasse non indigeret, quia satis, sui breuitate, summatur; nihilominus, quia summant Bart. & Bald. ita & nos summabimus summat quidem Bart. Vt qui negat se possidere, non possit rei vendicatione conueniri. At si de mendacio conuincatur, de eo, in actorem transfertur possessio; summat Baldus, licet per Aequipollentia verba, vt contra negantem, se possidere, rei vendicatio, non detur; sed, si de mendacio cõuincatur, ei auferatur possessio; summo ego, vt negans se possidere, si de mendacio conuincatur de eo in actorem transferatur possessio, absque vlteriori dominij, probatione.

Notabilia multa colligunt hic; & Primò, vt actio in rem, contra aliquem non detur, nisi docto eum possidere, ibi in rem actionem pati non compellimur; Secundò negationem, in se non esse de genere prohibitorum; ibi, quia licet alicui dicere, se non possidere, & quod nihil refert, quid ex æqui pollentibus fiat; stariq; negationi, donec, & quousque legitimè probetur, contrarium: Tertiò, mendacem puniri à iure in ea re, in qua mendax depræhenditur; Et per quod quis peccat, per illud & puniatur; ibi, ità vt si Aduersarius poterit conuincere suum Aduersarium possidere, transferat in se possessionem; Quartò, vt licitum sit, mentita detegere; Quintò, vt aduersarij in iure dicanrur, sibi inuicem in iudicio repugnantes: Ibi si possit Aduersarius conuincere, rem ab Aduersario possideri; Sextò, vt translatio possessionis, quæ auctoritate huiusce legis fit, Iudicis auctoritate, ac ministerio, & non propria auctoritate fiat; Vel vt alij malunt officio Iudicis, & non iure actionis: ibi per Iudicem: Septimò, vt mendaciter negans, se possidere, fiat mediante translatione prædicta de possessore petitor,

ritor, & è conuerso actor de petitore possessor: ibi, licet suam esse non adprobauerit: Octauò, vt grauatus in vno, in altero releuetur, Etenim, cum aliàs, Agens rei vedicatione, ad duo teneatur, nempè ad probandum, se Dominum; & Aduersarium possidere, vt mox dicemus, conuincendo Aduersarium, de mēdacio, circa possessionem negatam, releuatur, ab onere probandi, se Dominum; quia absque vlteriori hac probatione, rei negatæ possessionē nanciscitur: ibi licet, suam esse non adprobauerit; Nonò quod dictio, Illa suum est significatiua dominij: ibi suam non adprobauerit, Quæ omnia qualia quæque sint, inferius in discursu sedulò enucleabimus.

142 † Atqui, cum omnis lex, in casu dubio, prolata intelligatur vulgata l. quod labeo.ff. de carb. Edict. l Ancillæ. C. de seru. fug. Bart. Alex. & Soc. Iun. & alij in l. qui Romæ.§. Duo fratres.ff.de
143 verb.oblig. † & veritatem sine dubitatione inquirentes, nescien-
144 tibus quò vadant similes sint. † Etenim, vt bona sit decisio, per species oppositas, & contrarias, fieri debet. Ias. in §. actiones. Instit,
145 de act. † Eraperit viam ferro, qui per contraria currit; vt inquit Bald. in l.cum precibus, col.5. vers.modo contra. C.de impub. & in l. pecuniam.ff.de cond. ob caus.Curt. in tract. de Position. Breuiloquio 6.num.8. Dubium faciebat, in hoc responso, vt sola negatio, potis non esset, ad transferendum, rei negatam possessio-
146 nem, in actorē, absque alia dominij probatione. † quoniam cum in rei vendicatione, duo copulatiuè requirantur; nempè probatio dominij, in agente, & possessionis in reo conuento. l. in rem. & l. officium. ff. hoc eodem tit. nostro.l.vnica. C. de alienat. iud. mut. causa fac. Quorum altero deficiente, non procedit iudicium; Nec actio competit. Doct. & præsertim Ias. & Angel. in §. Actionum
147 instit. tit. de action. & quod cum pro regula stet. † ei firmiter insistendum est, sicuti Bononienses carrorio inhęrent, vt inquit idem Bal.in d.l. Precibus.nu.23.Spec.in tit. de offic.omn. Iud.§. Postre-
148 mo.colum.6. † Natura copulatiuorum, vtriusque concursum requirit.l.si hæredi, vbi Bart.ff.de cond.instit. & plenius in l.1. ff.de iust. & iur. l.si quis ita ad finem, & ibidem Alexander ff.de verb. oblig. Igitur non sufficit probare, reum dumtaxat possidere, sed & quod Actor sit Dominus, vt probetur, necesse est. Verum contrarium

trarium deciditur hic, nempè absque vlteriori Dominij probatione in ipsum Actorem rei negatæ possessionem transferri. Idque optima ratione, ex eadem dubitandi ratione, desumpta, Quod quomodo intelligatur inferiùs enucleabitur, vel, vt meliùs loquar, mutari Rei vindicationem in possessorium Adipiscendæ. Quia Actor, statim nanciscitur possessionem. Si quidem, cũ ideo Actor, in rei vindicationis iudicio, vltra aduersarij possessionem, se dominum probare teneatur, † quia qui possidet presumptionem 149
habet pro se, quod iustè, & bona fide possideat Alex. post Bart. in l. commune. §. inter Prædones. ff. com. diu. & cons. 33. vol. 4. & fine rapina gloss. in c. si duo de pac. tenen. Et possessor pro domino habetur, Si tamquam dominus possideat. Bart. in l. quidam in suo. ff. eodẽ tit. de cõdit. instit. Bal. in l. apud antiquos. C. de furt. † quique 150
ob id titulum suæ possessionis ostendere non compellitur. l. cogi. ff. de pet. hæred. Aret. in §. si quis à nõ domino, num. 2. Instit. de rerum diu. l. pen. iuncta glossa prima. C. qui mil. poss. lib. 11. saltem vt onus probandi contrarium, in aduersarium transferat. l. siue possidetis. C. de probat. Soc. iun. in l. hoc edicto, nu. 182. ff. de ope. nou. nunc. Vnde dici solet, † beati possidentes, gloss. in c. si duo. de pa- 151
ce ten. † & quod etiam Predo in sua possessione manutenendus sit. 152
l. in litteris, de rest. spol. Felin. in c. fin. de præsump. Ioseph. Ludouicus decis. Perus. 11. num. 21. † Et in beneficialibus, Triennalis 153
possessio non vitioso possessori, opitulatur; Ex regula Cancellariæ de Triennali, vbi Rebuffus. Gloss. & Dec. in c. cum Ecclesia sutrina. de causa posseß. & propriet. Et quæ quidem regula, extracta ex Concilio Cõstãtiensi, approbata fuit in Concilio Basiliensi, quæ vult vt, nec in possessorio, nec in petitorio triennalis possessor molestari valeat. Cassadorus de rest. spol. decis. 5. num. 5. multasque prærogatiuas habet possessio, de quibus latè apud Menoch. de adipiscenda possess. & apud Achillem personalem, eod. tract. & apud Doct. in d. tit. de caus. poss. & propr. † & præsertim, vt in causa pos- 154
sessionis, ac proprietatis; prius cognoscatur, super ipso possessorio, quàm super petitorio. Bart. & Doct. in l. naturaliter. §. Nihil commune. ff. de acquir. poss. cap. significauerunt, de testib. † ità tamen, 155
vt succumbens in petitorio, præcludat sibi viam ad possessorium. c. cum dilectus. de caus. posses. & propriet. Soc. iun. in d. l. naturali-

ter.§.Nihil commune, num. 79. ff. de acquir.poss. tamquàm peritorium, possessorium absorbeat. Car. in clem. 1. quæst. 16. de seq. poss.& fruct. Vtique volens excludere ipsam possessionem,ex qua talis præsumptio insurgit, tenetur probare titulum, qui exclusiuus sit ipsius possessionis: faciunt tradita à Bart.in l.si duo.ff.vti possideris, & Bald. in l. qui accusare, in vlt.not. in fin.C. de eden. quæ ratio, non viget in eo, qui negat, se possidere, cum non possidendo, detrimentum non accipiat, priuatione rei, quam se possidere, inficiatur: Vndè cum Actor contradictorem non habeat, dominium, probare haudquaquam tenetur: Quòd ideo probat, quia possessorem, habet cõtrarium; Ob quod Doctores dant formam petendi translationem possessionis in remedio huiusce legis, Vt actor rei ipsius possessionem tamquàm vacantem ad se transferri petat, gloss. communiter approbata in §. illud, in Auth. de trien. & sem. dicunt, & Bart. & Doctores in hac lege nostra, & præsertim Angelus Barb. cons.37. Dec. cons.64.num.10. Lapus allegatione 55. quidam coram Iudice, col.3. vers. sed quæritur, & in allegatione 64. Agebam rei vendicatione, in fine. Roma. cons.70. num.7. Aret. hic, & in §. omnium, & ibidem etiam Ias. num. 58. & Aret. reputat singulare in hac materia, vt cum simus in possessorio Adipiscendæ, dominij exceptio, non obsit, etiam si reus, illud in continenti probaturum, se offerat. Allegando Bart. in auth. possessor. post glossam.C.qui pot. in pig. hab. Ant. in cap. pen. de iuram.cal. quòd mihi mirum non videtur; Etenim, qua ratione, reus conuentus, negando possidere, liberat se, ab vlteriori vexatione, propter præsumptionem, quam habet, vt iustè possideat

156 † eadem Actor probando reum conuentũ mentitum fuisse, absque vlteriori dominij probatione, rei mẽdaciter negatæ possessionem nanciscitur; Siquidem cessante ipsa præsumptione, & quia reus negat se possidere, probare haud tenetur, non enim hoc reus dicendo perdit possessionem, quam negando retinendi voluntatem non habuit: Vt dicit gloss. hic; Et sicut negando se possidere facultatem actori, vlteriùs eum inquietandi super ipsa re adimit; Ita si de mendacio conuincatur, reus Actor ab onere probandi se dominium releuatur; Ne ad imparia iudicentur; Et vt Actor grauatus in probãdo possessionem, falsa ipsius rei negatione inficiatam

tam; In altero releuetur, vt non teneatur postmodum, quod alterum erat ei incumbens probare dominium: Per regulam, † quod 157
grauatus in vno, in alio releuari debet. l. eum qui. ff. de iureiuran. Spec. in tit. de test. §. 1. vers. sed qui si admissus. † & ideo debet pe- 158
tere ipsam tanquam vacantem, vt dixi.

At quoniam † omnis diuisio, vt bona sit, debet esse bimembris, 159
vel reducibilis, ad bimembrem, teste Philosopho relato à Luca de Penna in l. omnes. colum. 1. C. de decur. lib. 10. Aret. in d. §. omnium instit. de act. Barb. in c. quoniam. §. in alijs, vt lit. non cõtest. Pulchrum, præpositumq; istud responsum in duas partes diuiditur; Seu duo exiomata principalia continet, quæ tanquam cardines, totius huiusce materiæ, dici possunt; † Primò, vt negare in 160
se, non sit de genere prohibitorum, quodq; negare, quod veritati contrarium non est, liceat; Steturq; ipsi negationi, donec manifestis probationibus probetur contrarium; talemque negationem sufficere, ad eximendum reum conuentum, ab vlteriori vexatione, super re, quæ ab eo petitur, & quod ob id rei vendicatio in negantem, se possidere, non detur; rationẽ allegat Angelus hic quia
† qui negat possidere, Verum dicere præsumitur, & contrarium 161
dicenti probandi onus incumbit: per notata in l. non prius. C. quando fisc vel priuat.

† Secundò, vt nefas sit, Veritatem ipsam negare, & mendax 162
puniatur, in eo, in quo deliquit: Circa quæ multa à nobis discutienda, atque animaduertenda veniunt.

Primo, quòd cum † Propositio, secundum dialeticos sit oratio 163
indicatiua veri, vel falsi ad indicandum verum, vel falsum, ita negatiua propositione, sicut affirmatiua, opus est, de omnibus namque affirmare, non possumus, sed & multa negare oportet, quia
cum † ex eo quod res est, vel non est, Oratio vera, vel falsa dica- 164
tur, † Veritasq; & falsitas affirmatione, vel negatione, enuntietur 165
& veritas, & falsitas nostræ affirmationis, & negationis in causa existat, vt dicunt Philosophi. Negatiua propositione, ad significandum verum, vel falsum sicut affirmatiua opus est, & cum in re-
rum natura † habitus, & priuatio dentur, quæ inter decem prædi- 166
camenta, quæ decem generaentium, sunt, continentur priuatio-
nem; † Ea nisi negatiua propositione significare non possumus. 167

† Et

168 † Et substantiã primã, quæ est Deus, qui indefinibilis est, nisi abnegatiuè diffinire, seu describere, non valemus, cum Deus sit ens perfectissimum, in quo omnes perfectiones existunt, quinimmo ab eo, ad nos, omnes perfectiones emanẽt † negãdo scilicet quod sit Angelus, Cœlum, homo, terra, ignis, aqua, accidens, qualitas, quantitas, vel huiusmodi, sed oportet dicere quòd sit aliquid præstantiùs, atque excellentiùs, quæ quidem abnegationes in Deo, non deffectum, sed excessum significant, vt inquit Dionysius de Diuin. nomin. c. 6. rationem ẽt allegat D. Dionysius in c. 2. de cœlesti Hierarchia relatus à D. Thoma in 2. 2. q. 69. artic. 2. quia ei propter insufficientiam nostram, prædicatum aliquod, attribuere,
169 non valemus, cum prædicato quocumque maior sit, † Et intellectus noster, ad cognitionẽ ipsius Deitatis, sicut oculus noctuæ ad radium Solis, se habeat, quæ à Sole offuscatur. Vnde diffiniendo ipsum, Diuus Anselmus dicit, Deus est quo nihil melius excogitari potest. Abnegationem nostri ipsius expetit Dominus, quo intremus in gloriam eius: Si quis vult venire post me, abneget
Matt. 16. semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus
Ad Tit. 2. in hoc sæculo, inquit Apostolus. Abnegauit se ipsum Dauid, in
2. Reg. 15. persecutione filij sui Absalon, dum ascendens cliuum oliuarum, scandebat, nudis pedibus, & flebat.

Veruntamen, & si negatio aliquorum particularium excludat, nil vetat, quin affirmatiuam vniuersalem, aliarum rerum non ex-
170 clusarum includat, † quia abnegatio contrariorum, includit, vel potest includere, eis nõ contraria. gloss. in S. soluto, in verbo, Perdurare, in auth. de nupt. & in l. Non debet in glossa, in bonę fidei, ff. de dolo. ibi, per abnegationem contrarij, vt ecce viam ad beatitudinem, per abnegationem quorundam contrariorum, pręscri-
Psalm. 1. bit nobis Deus per os Prophetæ: Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit; subdens rationem per abnegationem etiam. Ideo non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum: igitur includit, vt fugiens cõsilium impiorum, & viam peccatorum despiciens, & in cathedra disciplinæ stans, beatus sit.
Psal. 14. Abnegatiuè etiam idem Propheta viam iustorum distribuit, vt

quærens

quærens quis habitabit in tabernaculo Dei, aut quis requiescet in monte sancto tuo, sibi quasi respondens, dicit. Qui ingreditur sine macula,& operatur iustitiam: Qui loquitur veritatem in corde suo: Qui non egit dolum in lingua sua: Nec fecit in proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos: Qui iurat proximo suo, & non decipit: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit; etenim sic abnegatiuè procedens,non excludit vniuersalem affirmatiuã aliorum non abnegatorum.

† Rursus, cum affirmatiua propositio,de inesse enunciet,factum 171
esse, Vt & detur negatiua, quæ non ens significet, necesse est. † Et 172
quæ prior ipsa affirmatiua existit in rerum existentia; Cum prius
fuerit non ens, quàm ens, licet secus in mente Dei. † Qui vocat, 173
ea quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt, & scit omnia, antequam
fiant.26.q.5.c.vltimo, cap.Deus omnipotens.2.q.1. *Ad Ro. 4.*

† Et ita necessaria est negatiua Propositio, quæ non esse signifi- 174
cat, Vt dici soleat, plus negare negationem, quam affirmet affirmatio gloss. magna in c.dilectus, circa medium, de consuet. Host. in summa de elect. §.quis possit eligere, l.Hoc genus.ff.de cond.& dem. & c. ipso iure, vbi Card. de rescrip. in 6. Illud pro comperto esse debet. Negationē plura includere generali ipsa affirmatione; Namque generalis affirmatiua,& promissio, de primo actu,intelligitur; negatiua autem de omnibus. l. hoc genus. 1.ff. de condit. & demon.d.l.Boues.§.Hoc sermone de verb.sign.vbi Tiraquellus & alij, quia negans regulariter excludit,à se omne onus probandi, id quod negat, ex quo pro neganti præsumitur.Bart.in l.in illa.
ff.de verb.oblig.& † negatiuæ, non sunt causæ. Host.in c.Bonæ,de 175
elect. Bald.in l.Siquidem. C.de except. atque ita omni nexu probationis, soluta est negatiua,vt omnino transfundat onus probandi contrarium in Aduersarium; Sane quam negans in bonis Petri extare aliqua bona, illud probare non tenetur, benè debet adijcere,& qui vult dicere contrarium probet per doctrinam Bart.& Ias. in l.si constante, num.121. ff.sol.matr.Curt.iun. cons.150.num.10. Alciat.de præsumpt.reg.3.præsump.20. & cum dicimus; qui ponit fatetur.l.cum precum.C.de lib.cau.l.2.C.de inst.& subst.Doct. in c.fin.de test.& Bal.in l.generali.§.sed iure.C.de reb.cred. Intelligitur

ligitur

ligitur, vt negando, affirmare non censeatur simplexq; negatio illius, quod petitur, differt à negatione eius, quod nihil debetur; Idem Spec. in tit. de posit. § 5. vers. secundo.

Benè verum est, quod simplex negatio facit, ut in negatis Aduersarius se fundare non ualeat. Idem Specul. in tit. de instr. edict.
176 §. 12. † iustaque conscientia.

Negari potest, quod irrationabiliter petitur. Idem Spec. in tit. de feud. §. 7. ex sola enim negatione tutus est, ab iniusta petitione, quia negatio habet (vt dictum est) naturalem ipsam præsumptionem, pro se, quod iustè fuerit negatum. Bald. in addit. ad Spec. in
177 tit. de locat. uers. negatio: Rursus † Negans, excipere non dicitur; Idem Bald. in l. Peremptorias, colum. 5. C. sent. resc. non posse. Alex. in l. 1. ff. de except.

Et ita negat negatio, priuatque facti possibilitate negatum.
178 † Vt per negationem, quis asserere non dicatur, unde † prohibito
179 per statutum, ne pro scripti, seu banniti possint allegare aliquam deffensionem, & negent banniti se esse præscriptos, & illos, qui
180 reperiuntur in banno descripti, non faciunt cōtra statutum, † tanquā negatio propriè defensio non dicatur. Feli. in c. dilecti, col. 3. de except. Put. de Sind. in uerbo, An potestas, & ob id plurimorum
181 est opinio † Negatiuas positiones, iure censeri prohibitas, tanquā per illas, cludatur certissimum illud Iuris axioma, quòd qui ponit fatetur. Curt. de posit. breuiloquio 4. nu. 4. ubi ad pulchra infert; & quia non entium sunt, nec postmodum probari ualeāt, nisi fortasse negatiua ipsa affirmatiuam haberet implicitam, de qua uti de affirmatiua iudicatur. Alber. in l. Actor. C. de Prob. & Negatiua pregnans dicitur. l. nec codicillos. C. de codic. Iacob. de Aren. d. prob. num. 35. notatur in l. de ætate. ff. de min. Pan. in d. c. Bonæ, colum. 10. Felin. in c. in loco, in fine col. 2. & in c. quoniam contra, ubi etiam Lanfran. de Prob. Vel nisi loco, & tempore coarctata sit. Doct. in l. si Plures, & in l. Proferre. ff. de recep. arb. & an & quando positioni negatiuę respondendum sit uideatur, Ioan: de Deo in tract. de cauill. lib. 5. cap. 16. num. 32.

Rursus, ita necessaria est negatiua, ut si iudex, à quo appellatur,
182 appellationi ipsi deferat, cum clausula, † si, & in quantum, de iure tenetur nec aliter, nec alio modo, per conceptum hunc affirmatiuum,

tiuum, appellationi detulisse, abdicauisseq; à se omnem iurisdictionem censetur; ita vt vlterius in ea, se ingerere haudquaquam valeat, appellatione ipsa pendente, tanquam talis clausula habeat vim suspensiuam. Imol. in l. Iudex post quam, col. fin. ff. de re iud. qui allegat Bart. ita dicentem, in l. Ambitiosa in fine. ff. de dec. ab ordine facien. Socin. iun. cons. 47. num. 61. Vnde ad hoc, vt ei detulisse non dicatur, nec ligauisse sibi manus, opus erit, vtatur verbis negatiuis, nempè, non admittimus nisi si, & in quantum. Ant. in c. vt debitus, de appellat. Declarat Staphil. in tract. de grat. & expect. fol. 160. refert Beninten. decis. 1. vbi multa dicit de clausula, si & in quantum videnda. Bald. in l. edita, col. 3. vers. Dubitatur si iudex. C. de eden. licet cautela sit, vt appellans vbi non admittitur toties, & quoties appellet: vt in praxi quotidie seruari videmus glossa in Clem. vnica, in verbo, Non deferens, vbi Zabar. q. 4. de dol. & cont. Innoc. in c. Pastoralis, de offic. deleg.

Ita negat negatio, † vt iuncta alteri negationi, destruat antece- 183
dens negatum, quodque per anteriorem negationem negatum inuenit, firmet l. manifestè. ff. de iureiur. in auth. de hær. & falc. in princ. l. in duobus verbis, vbi Bart. & Alex. ff. de verb. sign. & in l. 1. num. 7. C. de seru. fugit. Etenim secunda negatio repetit primam, eamque destruit, & oppositam infert; Intelligendo tamen, quando cõiunctim ad idem referuntur; secus si disiunctim Aret. in c. vt animarum, de const. in 6. vbi Ioann. Andr. rem elucidat, & in l. si duo. §. Marcellus. ff. eod. tit. de iureiur. dicit Rom. in l. si quis ita. ff. de verb. oblig. ita etiam declarat Cyn. in l. qui se Patris. C. vnde lib. per plura exempla ibi per eos adducta; Rationem allegat Sign. cons. 34. quod & intelligitur quando negatiuæ ipsæ sunt ab inuicem dissimiles, non autẽ quando sunt eiusdem similitudinis: Nam si dixero non nõ, duæ hæ negationes, non utiq; affirmãt, sed vim magis negandi habent: Stantque anaphoricè, vt c. & si Christus, circa principium, de iureiur. si verò sunt dissimiles ab inuicem, utique affirmant, ut si dico, Nonnunquam, Nec ne, Non nihil, & huiusmodi. Declarat Panor. per glossam in d. c. & si Christus, Et dicit secundam negationem, cum ad idem referatur non distruere antecedentem, & quando negatiua confestim post aliam profertur, secus quando interpolatim sign. d. cons. 34.

E Et

Et hoc maximè vēdicat sibi locum, vt duæ negationes, disiunctim appositæ, negandi magis, quā affirmandi vim habeant, quando vniuersalis præcedit, & particulares subsequuntur; vt si dico, nullas à te accepi litteras, neque breues, neque prolixas, geminatio illarum negatiuarū particularium, confirmatiuè ad præcedentem illam vniuersalem negatiuam, Nullas, stat; Et ne à iure nostro abscedamus. Exemplum est in tex. d.l.1.C.de seru.fugit. vbi Imperator, ponendo seruum fugitiuum sui furtum facere, subdit, & ideo non habere locum, neque vsucaptionem, neque præscriptionem, quandoquidem per duas illas particulares negationes, prima ipsa negatiua, magis confirmata, quàm destructa censetur; simile est etiam apud Virg. Eclog. 5.

Nulla neque amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Et Eclog. 4.

Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: Huic mater quamuis, atque huic Pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

Et in rustico duæ negationes, secundum intentionem magis affirmant, quam negent. Bald. in l. qui se Patris, nume. 2. C. de bon. possess. Habetur & apud Cic. de sen. ibi, Agro bene culto, nihil est nec vsu uberiùs, nec specie ornatiùs.

Ea est natura negationis, vt cum una negatio plus neget, quàm affirmet affirmatio; Negatioque quacunque affirmatione petétior sit. gloss. in d.c. cū dilectus, in verbo, à suspensis, vbi Ant. de cons. duæq; negationes affirment, si cōiunctim ad idem vt supra ponantur; Si duabus negatiuis, tertia adiungatur, sicuti secunda negatio, quod negatum reperit, affirmat ita ultima, quod per secundam affirmatum inuenit rursus destruit. l. 1. ff. de cada. pun. ibi nonnunquam non permittitur, hoc est aliquando non permittitur; siquidem vltima negatiua, quod affirmatū inuenit, in illis primis duabus negatiuis, nonnunquam, negat, & vbi illę duæ negationes implicitæ in illa dictione, nonnunquam, exponebantur pro aliquando vltima ipsa negatiua, affirmationem prædictam ex duabus illis negatiuis complicatis, resultantem destruit: Ad simplicemq; negationē reducit. Faciunt notata ab eodem Alber. in d.l. 1. C. de ser.

fugit.

fugit.& illud Terentij in Andria. Neque haud dicas tibi non prædictum hoc est non poteris dicere tibi non prædictum. Dicit, & Sign.consf.68.l.Nonnunquam, in princ. de coll.bon.

Similem etiam magis negandi, vim habet aliquando secunda negatiua adiuncta primæ, † si secundæ aduerbium quidem adiungatur, vt apud Ciceronem in Epistola ad Lentulum, ibi,neque errarent, neque aduersarij quidem, dictio enim illa, Quidem vim ipsius vltimæ negationis adauget, vt per eam prima ipsa negatio, confirmata censeatur, Si quidem aduerbium, quidem vim energiacæ affirmationis habet; vt apud Cic. lib. 3. offic. ab optimis quidem illis uiris, sed non satis eruditis; facit tex. in §. si vxor. Inst. de nuptijs, ibi, Hæc non est quidem priuigna tua. 184

Potest, & exemplificari in eo Domitiani, qui cum ita addictus esset, ad capiendum muscas, parauit occasionem eius cubiculario interroganti cuidam, an Domitianus domi esset,respondendi non adesse, sed nec muscam quidem: Volens inferre, muscas etiam secum abscessisse, eo quia ad illas capiendum satagens erat: Altera quippe negatio,ibi,nec muscam quidem stat confirmatiuè ad primam, in huiusmodi enim locutionibus, subauditur semper pars aliqua prioris membri causa elegantioris sermonis, vt cum etiam dico non tibi hoc persuaderet, nec Deus quidem subauditur nominatiuus, vel similis dictio aliquis.

† Per subauditum etiam intellectum,subauditamq; tertiam negationem, aliquando duas negationes magis negare, quàm affirmare contingit: vt apud Terentium in Heaut. ibi,agrum in his regionibus meliorem, neque precij maioris nemo habet, vbi subauditur prioris membri negatio,nempe nullum agrum,& apud Virgilium Æneidos Primo. 185

Rex erat Aeneas, nobis, quo iustior alter,
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.

† Contingit, & aliquando duas negationes, pro una intelligi, vt apud Varronem de vita Pop. Rom. ibi à Rege eorum munera noluit nemo accipere; siquidem si duobus verbis aut expressis, aut intellectis, duæ addantur negationes, nulli dubium est, quod negant, vt si dicas, nec me amas, nec mihi credis, subintelligitur nanque ibi, nec virtuti studes, neque litteris. 186

187 Et talis est ius negatiuæ, † vt si reus negauerit quidem se possidere, & adiecerit, & quatenus me possidere reperiatur, dico, me possidere iustis, & legitimis titulis, per huiusmodi adiectionem fraudolenter factam, negatio ipsa reuocata non dicitur, tanquàm ob id se correxisse censeatur, arg. l. Nam ad ea.ff.de cond. & dem. Etenim vt clarè facta fuerit correctio requiritur, nõ autem obscurè, conditionaliter, & sub inuolucro verborum, vt superius etiam diximus arg. c. ad audientiam de decimis.

Atqui plures, & diuersæ sunt notæ negatiuæ, vt in plurimũ inter se diuersæ; vnaqueque propriam significationem habens
188 nempe, † Non, nil, nihil, nunquam, nec, neque, ne, nil, nisi, ni, haud minimè, nequaquam, vsque nemo, & aliquando pro maiori vehementia negatiuæ, minimè additur gentium, & negatiuæ, haud, additur, quaquam, nedum, nondum, & huiusmodi, licèt omnes priuatiuæ notæ sint, plus, minusq; priuant, negantq; iuxta quod solæ, vel coniunctim diuersis Orationibus apponuntur. Et aliquãdo vna habet diuersam naturam ab alia, vt mox referemus, & diuersas significationes accipiunt, secundum quod diuersimodè, diuersisq; alijs signis, ac demõstrationibus, & verbis iunguntur, seu ante, seu post, & à verbis quibus adijciuntur mutationem aliquando, seu intensam, seu minus intensam, uel ei simile reci-
189 piunt, † ut si uerbo potest, ea præponatur, omnem uerbi ipsius potentiam ab eo abnegant.gloss.in c. 1. de reg. iur. Doct. in l. gallus, in princ.ff. de lib. & post. facit illud, Vxorem pudicam custodiri non oportet, impudicam nõ potest; negatiua enim illa, Non, præposita, verbo ipsi potest, ita ab eo omnem potentiam ipsius verbi abnegat, ut non potest, intelligitur nullo pacto, ac modo potest; quia & præcedens, & sequens tempus negat, d.l.si is qui ducent. §. vtrum, de reb. dub.

Hanc uim significãdi habet apud Maronem Æneid. *6.* dum loquens de aureo ramo, qui reluctantibus fatis, euelli nõ potest, ait.

Carpe manu, nanque ipse volens, facilisq; sequetur,
Si te fata vocant, aliter non viribus vllis,
Vincere, nec duro, poteris conuellere ferro.

190 † Quinimo addita, & præposita ipsi uerbo potest, necessitatem præcisam inducit.l.non potest.ff.de fur.c. 1. vbi Io.And.de iureiur. glossa

glossa in regula beneficium, in 6. & quod dicitur de uerbo potest, intelligitur de eius synonimis, nēpè uerbo valet, & queit, vt apud Ciceronem de Oratore, quæ sanare nequeunt exulcerantur. Et negatiua vniuersalis præposita omne obstaculum semper excludit. l. Gallus. §. sin autem auaritiæ. ff. de lib. & posth. Osasc. decis. 175. sub num. 5.

Et tanta est uis negatiuæ, vt præposita aduerbio, seu uocali, seu modali, seu locum, vel tempus denotanti, modum ipsum, tempus, & locum omnino abneget, vt si dico: Necubi, nullibi, nullatenus significo, nullo modo, nullo in loco, & nullo tēpore, itidem si dico, Nusquam significo nullo in loco, vt nusquam tuta fides noster Dux nusquam est, inquit Cic. ad Atticum, sed si dictioni nusquam alia negatiua adijciatur, ut nusquam non, vltima ipsa negatiua adiecta, quod prius adinuenit negatū affirmat, vt superiùs dictum est, perinde, ac si dictum fuisset, vbique aliquando & negatiuæ nusquam pro maiori vehementia adijcitur gentium, vt nusquam gentium, idest nusquam omnino fratrem, nusquam inueniet gentium, inquit Terent. in Adelp.

Contingit, & aliquando duas negationes, insimul iunctas, vnam tantum negationem facere, pro simpliciq; negatione poni, vt in l. scripturas. C. qui poti. in pig. hab. & l. Celsus. ff. de vsucap. licèt, & ut in plurimum vim interrogandi, seu hæsitandi habeant, vt notant Doct. in d. l. scripturas.

Et interdum † negatiuam, Non, ratione adiuncti, mutare naturam suam, & assumere naturā adiuncti, vt si dico, Non funderem pro te obolum, nedum sanguinem, ea ibi illius, quod est maioris momenti, vim habet nam dicēdo, Non funderem pro te obolum, significo multo magis, non fusurum sanguinem, quod maioris est momenti: Aliquando & ratione diuersitatis uocis rei significatum diuersificare facit, vt si dico, nec, vel, neque, † quæ notæ negatiuæ sunt, habentes inclusam copulam. l. si quis ita, ubi Bart. & Alex. ff. de uerb. obligat. & l. quidam testamentum, ubi itidem Bart. & gloss. ff. de vulg. & pup. naturaq; harum dictionum, est utrumque copulatum negare. gloss. in l. cum pater. §. Titio. ff. de leg. 2. Bart. in l. cum talem. §. Titius. quæst. 1. ff. de cond. & demonstr.

191 (margin, beside "Et interdum †") · 192 (margin, beside "quæ notæ negati-")

Cumq; dictiones huiusmodi disiunctiuæ cōiunctiones sint, quæ gemi-

geminatæ ſemper ferè in oratione ponuntur, ſemper etiam uniuerſalem affirmatiuam, ſeu negatiuam præcedunt, ut apud Ciceronem de Amic.ibi,nec melior fuit Africano quiſquã,nec clarior, Et ita coniunctiuè ponuntur, ut multoties pluribus alijs affirmatiuis dictionibus iungantur, licèt ipſas ſuarum virtute diſiungant, vt apud eũdem Ciceronem eodem lib.de Amic. ibi, neque, quicquam, unquam, niſi honeſtum, & rectum, alter ab altero poſtulabit, neque ſolum colent ſe inter ſe, ac diligent, ſed etiã uerebũtur.

Nemo etiam in ſe negatiuam habet, & ſignificat nullum hominem,ut apud Cic.lib.13.fam.hominum neminem pluris facio, & cum negatiuæ ipſæ, neque, uel, nec incluſam habeant negatiuam cũ copula.l.ſi quis ita,ubi Bart.Alex. & alij.ff. de uerb.oblig. Bart.in l.ſi quis ita.ff.de uerb.oblig.earum natura eſt utrunque copulatum negare, Bald.in l.ſi quidam teſtamẽto.ff.de vulg. & pup. d.l.ſi is, qui ducenta.§.cum ita. ff.de reb.dub.

193 Ita negat aduerbium hoc, † Nequam, iunctum modo, uel alteri rei, ab eo omnem qualitatem, & virtutem abneget, ut ſi dico, homo nequam, ſignifico quod is ſit nullius precij, & momenti:
Matt.18. ſerue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quia rogaſti me, Nonne oportuit & te miſereri cõſeruo tuo? de ſeruo euãgelico dicitur.

Et aduerbium, nequam ſignificat, ne per aliquem locum, & ne aliqua ratione, ut apud Virg. Æneid.1.

Ne qua ſcire dolos, medicusve occurrere poſſet.

Et negatiua, Ne aliquando, ſignificat nullo tempore, ut apud
Pſal.113 Pſalm. Ne quando dicant gentes, ubi eſt Deus eorum: Et nequitia, (teſte Donato) dicitur libidinoſa inertia, ſic dicta, quod nihil queat, nulliq́ue rei apta ſit, ſicuti negatiua, Necdum, exponitur pro Neque adhuc, vt apud Virg. Æneid.1.

Nec dum cauſa irarum, ſæuiq́ dolores,
Exciderant animo.

Et dictio, nequaquam æquipollet dictioni,Non, ſicut minimè, & haud.At nec quicquam fruſtra ſignificat,quandoq; iuncta coniunctioni ſic in aduerbium interrogantis conuertitur, ut ſiccine? an ſic, ut apud Plautum.

194 Et dictio † nihil, quæ, & uniuerſalis negatiua eſt, d.l. is qui.§. vtrum, ita negat, ut quod negat prorſus tollat, atque adimat, ſiue

ſola,

ſola, ſiue adiuncta alteri ponatur, cui & penitus aliquando adijcitur, & ſignificatur nullo modo. Alex. in l. Qui vſumfructum.ff.de verb. oblig. propriumq; ipſius eſt quantitatis priuationem ſignificare, quod & Cicero exprimere voluit, dum Tuſcul. 4. dicit.
† Nequitia ab eo, quod nequicquã ſit, in tali nomine, ex quo idem 195
nihil dicitur, & Authore Feſto hilum ſignificat illud, quod grano fabæ adhæret, & nihilum dicitur, quaſi nec hilum quidẽ ſit. Quod pro re exigua ſumitur, qui parui, vel nullius precij ſit. Cic. Tuſc. 1. ait, cũ illud quod Syſiphus verſat ſaxum ſudans nitendo, nec proficit hilum. Vnde, & ad denotandum Dei omnipotentiam, cum ex nihilo nihil fiat, dicitur ex nihilo eũ omnia feciſſe; quinimmo ſine ipſo nihil factum eſſe; & ſine ipſo factum eſt nihil, & de peccato dicitur: Quod cum quoad eſſentiam nihil ſit ſine ipſo factum *Ioan.1.*
eſt peccatum. † Quique eius factioni non interuenit, nec auctor il- 196
lius eſt, dicente Propheta: Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius; & alibi, apud Deum non eſt iniquitas. *Paral.19.*

Dictioni huic æquipollet, & illa quæ per Apocopen, Nil, dicitur, licet, & aliquando, vt diuerſa ad diuerſum ſignificandum, ab ea ponitur, vt nil pro niſi, vt apud Ouid. Heroid. 1.

Nil mihi reſcribas attamen ipſe veni.

Sine negatiua quoque nota eſt tria importans nempe abnegationem, priuationem, & excluſionem, per not. in l. 1. §. Prætor, de pign. action. & ab ea valet argumentũ à contrario ſenſu, cap. cum apoſtolica. §. fin. verſ. nam in Lateranenſi. De his quæ fiunt à prælat. ſine conſ. capituli, & negatiua, ſine habitum infert. l. nam que. ff. de verb. ſign. ſine Cerere, & Bacco friget Venus, inquit Terentius, Imperium ſine fine dedit, inquit Maro Æneid. 1.

† Eius ſynonimum eſt altera illa prępoſitio, Abſque, quæ & ip- 197
ſa ſeparatiua præpoſitio dicitur, vt abſque pecunia, non facilè vitam traducas. l. omni. C. de ſacroſ. Eccl. auth. ſed & ſi quis. C. de ſec. nupt. Quæ ita priuat, vt cum alias particula, Quæ cui ipſa iungitur ſemper augeat, ſiue affirmando, vt, atque, ſiue negando, vt neque, l. filia in orbitate. ff. de inoff. teſt. & quæ ibi not. & aduerbium vtique maximam vim affirmandi habet. l. vtique. ff. de rei vindic. Præpoſita ei præpoſitione ipſa, Abs, totum mutat. l. ſi ita ſtipulatus eſſe. ff. de verb. obl. cõtinuatiuecq; ſtat ad præcedentia. l. vt uim.

ff. de

ff.de iuft.& iur. Vnde cum pofitioni negatiuæ,quis regulariter re-
fpondere non teneatur. Bald. in l. 1. §. Quod obferuari. colum.6.
verf.fexto non tenetur. C.de iureiur.propter cal.dan. negatiua etiã
eft illa pofitio, quæ licet verbis affirmatiuis concepta videatur,
Præpofitio ipfa abfque ei adijcitur, quæ ad exclufionem ipfius af-
firmatiuæ adiecta, calumniosè cenfetur, idem Bald. in d. §. Quod
obferuari.n.18.& in c.1. fi de feud.fue. cont. inter Dom. & vaf. in
vfibus feudorum.Bart.in l.inter ftipulantem, num.4.ff.eod.titulo,
de verb.oblig. Orian.in c.Quoniam contra, in verbo, Refponfio-
nes, num.14.de prob.Oldr.conf.49. Curt. in tract. de pofit. breui-
loquio 74. num.37. & breuiloquio vltimo, vbi dant exemplum,
vt fi dicatur, pono quod, abfq; eo, quod fuit, Petrus mutuauit de-
198 cem Sempronio.† Quare prohibita pofitione negatiua,& tali mo-
do concepta, prohibita dicitur, tanquam fubdolè, & in fraudem
legis per callidos, & verfutos Procuratores, & Aduocatos facta
cenfeatur; Benè dari poteft cafus, vt abfque fraude, & malitia, à
qua Procuratores omnes, & Aduocatos abeffe volumus pofitio,
cum tali præpofitione concipi valeat, & tamen propriè negatiua
non dicatur: Vt fi dixero, Pono quòd res fuit, abfque eo quod ta-
li die, Titium percuterem, quia tota illa die abfens fui, & alibi,
Quandoquidem huiufmodi pofitio merè negatiua dici nõ poteft,
cum negatiua ipfa infurgat, & oriatur ex affirmatiua,quæ vti affir-
matiua iudicatur, ex quo enim tota die fui abfens, & alibi fequi-
tur, neceffariò vt illic non fuerim; ita dicit Bal. in nuper allegato.
§.Quod obferuari. d.num.18.

Atqui vana fortafsè eft ifthæc quidem difceptatio, in cafu cri-
minali, in quo pofitiones non dantur ex inclita praxi iudiciorum,
per tradita à Iacob.de Aren. in tract. Pofit.§.7. nu.1. relato à Cla-
rio in quæft.45. verf. Sed hic incidenter. Et quamuis dici foleat,
Quod qui ponit fatetur.l.cum precum.C.de lib.cauf.l.2.C.de inft.
& fubft. Alex. conf.71.Clariffime Domine, num.4. volum.3. ta-
men fateri non dicitur, qui incipiet pofitionem abnegatiuè, per
modum excipiendi, gloff. in l. fi quidem, in verbo, fi conteftatio-
ne, C.de except. & in l.non vtique, vbi & Bart.ff.eod.tit.de excep.
Maranta in fuo Spec. in 6. par. actu 4. num.9. Illud adnotandum
eft, quod talis eft proteruitas negatiuæ, & in tantum fimul appo-
fitæ,

fitæ, inuicem se perimunt. Vt cum dictio prædicta, Absque, semper mutet, & excludat; præposita ei alia negatiua, omnino includat.cap.tanta, ibi, non absque præsumptione temeraria, de excess. Prælat. Plura quando ea includat, uel excludat videri possunt apud Arch. in c. Qui generaliter, de proc. in 6. & apud Tiraq. de retrac. consang. §. 1. gloss. 12. n. 79. Qui multa uberi eius ingenio cõgerit.

† Non absimilem naturã habet, Præpositio, Præter, quæ si ne- 199
gatiuam sequatur, excludit ut in Prohe. 6. Decretalis, secundum finem, & in oratione affirmatiua regulariter includit. l. scio. §. Vxori. ff. de ann. leg. de primo est illud Cic. fam. lib. 1. Amicum ex Consularibus, neminem tibi esse video, Præter Lucullum. De secundo, illud, Plin. lib. 10. Præter hominem, somniare equos, canes, pecora, capras, palàm est. Pulchram theoricam distinguendo casus, & concordando contraria, eaque distinguẽdo dat Rom. cons. 328. Bart. in l. Actione. C. de trans. & Old. cons. 49.

Dictio † nequaquam, ẽt magnam vim abnegandi habet, & si- 200
gnificat nullo pacto, & nullo modo, vt apud Ciceronem in Catone, Est istud quidem Lęli aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia; In potenti hoc significatu ponitur, & in l. 1. C. de sec. nupt. in l. statutum. §. Prouisurus, de rescin. in 6. & in c. Ad decimas, de restit. spol. ad exprimendum hanc vim etiã ponitur in sacris litteris, ibi, de serpẽte volente decipere Euam, & inducere ipsam ad edẽdum de Arbore uetito scientiæ boni, & mali, ei dixit, nequaquam moriemini; Rursus & uolẽte Elisabeth puerum suum vocari Zachariã, Zacharias Pater accepto pugillari scribens, dixit, Nequa- *Luc. 1.*
quam, sed vocabitur Ioannes, huius synonimum est, aliud aduerbium haudquaquam, vt apud Liuium de bello punico: Asdrubalem propedum affore cum manu, haudquaquam contemnenda.

Num, interrogatiua particula negatiuã, etiam innuit responsionẽ, & est idem, quod An, siue Nunquid. Cic. 1. Acad. Quis est hic? Num Sophistes? & in 2. de Diu. An num Imperatorum scientia nulla est? De ea, & habetur in l. rescriptum. ff. de pact. & in l. 1. vbi gloss. ff. de in integr. restit. min. & in l. si pater. de adopt. & dubitatiuum est ut an ne? & in l. in causæ. 2. ff. de minor.

† Nisi etiam negatiua nota est, quæ ex si, & non ordine retro- 201
grado cõponitur, quam si alia negatio præcedat, ponit aliàs pri-

uat, seu negat Bart. & Bal. in l. si actorem. C. de transf. Card. in clement. 1. not. 13. de vsuris. Alex. in l. 1. ff de offic. eius, & pleniùs in l. si cum. §. si quis ita. ff. si quis caut. & semper excipit ab eo, quod præcedit, contrariumque ponit, l. 2. §. fin. ff. de cust. reor. l. si me in uacuam. ff. de acquir. possess. Alex. Raudens. in tract. de analogis, lib. 1. cap. 15. num. 7.

Illud tamen pro regula constituendũ est, quod quãdo negatiua; Nisi à lege profertur, semper conditionem facit, quia si certum quid poneret, lex esset incerta, & imperfecta, quod esse non debet, ex latè deductis ab Alberico in d. l. Actione. C. de transact. & in l.
177 quibus diebus. ff. de cond. & demonstr. Regulariter tamen conditionem facit, & vertitur in Si, non, l. Titia. §. fin. ff. de manum. test. ibi, nisi rationes excusserit liber ne esto, & in Psalmis, Nisi conuersi fueritis, arcum suum tetendit, & parauit illum in vasa mor-
178 tis, & alibi, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non
179 intrabitis in Regnũ Cœlorum; & excipit dictio, Nisi ab eo, quod præcessit, & semper priuat, quando vniuersalis affirmatiua præce-
180 dit, & ea subsequitur, ut si dixero, Omnis homo disputat, nisi Socrates, sequitur ut Socrates non disputet; quod si vniuersalis negatiua præcedat, dictio exceptiua ponit id quod principaliter est
181 negatum. l. Placet. C. de Sacros. Eccl. l. Titius. §. Lucius. ff. de man. test. Doct. in regula Peccatum in 6. contrarium eius, quod præcessit, semper ponit, affirmatq; vt si ex diuerso dixero, nullus disputat, nisi Socrates sequitur, ut solus Socrates disputet, & ponitur priuatiuè, & aduersatiuè ad præcedẽtia, adeoquòd si affirmatiua dispositio præcedat eã, neget d. l. Actione. C. de transf. Dyn. in d. Reg. Peccatum, & è conuerso.

Et, Ni, per apocopen, pro nisi ponitur quæ, et dictiones quam, Præterquam, semper repetunt casus qui præcesserunt. c. si Episcopus, ubi Doct. de offic. ord. in 6.

Aliam Theoricam dant alij, vt aut dictio nisi, sequitur orationem affirmatiuam, aut negatiuam, si affirmatiuam, aut loquimur in actibus, qui ab vnius tantum voluntate procedunt, & tunc incæptiuè conditionem ponit, ut d. l. Quibus diebus. §. quidam, aut in
182 actibus, qui ex duorum uoluntate pendent, & tunc ressolutiuè conditionem ponit in l. 2. ff. de in diem adiect. & l. obligationum, ferè condi-


conditio.ff.de act.& oblig.si autem sequatur orationē negatiuam, tunc aut præcesserat aliqua dispositio, aut non, si non præcessit, inducit aptitudinē, & actum.l.si quis ita.§.si ff.de statu.lib.quoniam non casu aptitudinem, & non actum inducit, in d.l.Titia.ff.eodem tit. de man.test. Priuatiuè stat apud Ouid. fast.1.

Omnipotens totum si spectent Iuppiter orbem,
Nil nisi Romanum, quod tueatur habet.

Plura dicit Bald.in sua Margherita, in verbo negatiuę, Signor. conf.68. Barb.in cap.Nullus, num.25.de for. comp. Et de natura huiusce dictionis, ac negatiuæ, plura videri poterunt apud Arch. in cap.1. de const. in 6. in c. vlt. de præbe. in 6. & in cap. Abbati. §.cæterum, de re iud. itidem in 6.quæ hic consulto omitto, ne sim fera commentatione prolixus.

Et cum secundum Dialecticos (quorum doctrina in hoc sequenda est) quadrifaria sit Cathegoricarum propositionū figura, contrariarū nempè, subcontrariarum contradictoriarum,& subalternarum; vt in figura, quæ hic subijcitur, apparet per regulas dictarum propositionum, qualia quæque sit sedulò inspiciamus.

FIGVRA PROPOSITIONVM. 202



Iotyva per regulas sumptarum propositionum procedendo, quomodo, & qualiter negatiua, præposita, & postposita alicui ex dictis signis, alteram alteri, æquipollere faciat, perquiramus;
204 Et primo, pro regula constituo † Negatiuam præpositam signo vniuersali affirmatiuo, æquipollere facere, suo subalterno negatiuum, præpositam verò signo vniuersali negatiuo, æquipollere suo contradictorio affirmatiuo; Vt si dico non quemlibet hominem currere, significo aliquem hominem non currere, & si dico
205 non nullus homo currit, significo aliquem hominē currere, † postposita verò dictis signis, & affirmatiuo, & negatiuo, æquipollere eam facit suo contrario; Vt si dico quilibet homo nō currit, æquipollet propositioni, Illi, nullus homo currit; Et si dico nullus homo non currit, significo quemlibet hominem currere, † Præpositam verò, & postpositam alteri ex signis prædictis suum subalternum æquipollere facit; Vt si dico, non quemlibet hominem non currere, significo aliquem hominem currere, & si dico nullum hominem non currere, significo aliquem hominem non currere; Theoricam ponit glossa in l. 1. vbi & Bal. num. 3. C. quomodo, & quando iud. vbi & Bart. sub num. 2. Boer. decis. 158. nu. 8. & melius dicetur inferius per exempla, & pro facili cognitione Dialectici hunc versum ponunt.

Præ contradict. post contra, præ postq; subalter.

206 † Quod, & de indefinita dicendum est, Quæ regulariter vniuersali æquipollet. l. si Pluribus. ff. de leg. 2. & l. si Plures, de leg. 3. Non tamen propriè, sed interpretatiuè, & secundum theoricam traditam à Bart. in d. l. si Plures. & in l. Qui ædificium. ff. de ser. vrb. Præd. & à Dyno in Prohæm. de reg. iur. in 6. vbi dant exempla, & pro ratione dicunt, quod quādo particularium omnium in vniuerso compræhensorum est par ratio, parq; conditio. Indefinita affirmatiuè prolata vniuersali affirmatiuæ vsquequaque æquipollet, collectiuè tamen, & non distributiuè. Alber. in l. de pupillo. §. Qui nunciat. ff. de op. nou. nunc. Negatiuè autē etiam quod non sit par conditio. l. is qui. §. vtrum, in fine, de reb. dub. Vnde præcepta negatiua licèt indefinitè prolata, semper, & ad semper obligant, vt, Non furaberis, Non mæchaberis, Non dices falsum testimonium, & similia; & dicetur inferius, notatur in c. fornicari,

per

per Arch. & Ioan. de Turrecrem. 88. dist. & dum in eo Dominici eloquij dicitur, † omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate, 207 & facite, & post modum subiungitur, secundum vero opera eorum, Nolite facere intelligitur, secundum opera eorum nolite facere, quæ aduersantur his quæ dicunt, † siquidem Aduersatiua illa, verò ibi subiuncta coniunctionem in eadem oratione, inducit Bart. in l. Lucius. §. Quæ habebant. ff ad Senatus, cons. trebell. & faciunt verba illa, Cic. offic. 1. ibi, Iusta omnia decora, iniusta indecora, nam ex quo eadem est conditio, & par ratio, licèt oppositiuè in prædictis, sequitur vt quemadmodum iusta omnia decora sunt, ita & è conuerso, iniusta omnia indecora sint, & sic indefinita illa, iniusta repetitum habeat signum illud vniuersale, omnia facit tex. in d. l. si pluribus, & l. si ita relictum, circa princ. eod. tit. de leg. 2. & d. l. si plures, & notat Dyn. vbi supra, nume. 8. videto etiam Neuiz. in sua Silua nupt. in verbo, Non est nubendum, mihi fol. 50. in 2. colum.

Matt. 23. 208

Non pono modo cui nam negatiua, subcontraria æquipolleat, quia † cum negatiua, magnam habeat potentiam, in particularibus ex quibus, secundum eosdem Dialecticos, nihil sequitur, eam non operatur: Rationē etiam allegat Bart. in d. l. Si is qui ducenta. §. vtrum. † Quia oratio particularis non habet cōtrarium, etenim quidam sic; & quidam, non; non sunt de directo contraria.

209 210

Et libet quidem, vt dixi, per Dialectica lia theoremata, materiam hanc equipollentiarum pertractare, quia propria eorum materia est, Et Legistæ in hanc pertractando, maximè hallucinātur, confuseq; loquuntur, nec per veras regulas procedunt de materia, hac videri poterit in l. legitimos. §. in legitimos. ff. de leg. tut. l. obligari, circa principiū eodem tit. & in d. l. si is qui ducenta. §. vtrum, vbi Bart. & l. si cui. ff. de nouat. & l. si seruus. §. si plurium, in gloss. ff. si quis caut. & in l. quemadmodum. C. de agr. & cens. lib. 11. & l. nonnunquam. ff. de adopt. & in l. eas. ff. de condit. & demonstrat. & quod negatio præposita signo vniuersali negatiuo, æquipolleat suo contradictorio prædicto, est celebris textus in l. nonnunquā, de collatione bonorū; Et quod postposita signo vniuersali affirmatiuo, æquipolleat suo contrario prædicto, textus est in d. l. legitimos. §. an ergo, vbi gloss. quæ tamen mihi videtur aduersari regulæ sum-

sumptæ; Et an, & quando ea præposita, & postposita signis prædictis operetur prædictas æquipollentias, videri poterit apud Bart. in l. 1. ff. de test. & in l. si necessarias. §. si annua. ff. de pign. act. Illud, porro animaduertendum est; Negatiuam ipsam suam naturã ali-
211 quando mutare, ratione subiectæ materiæ, ad effectum, † vt non intentio verbis, sed intentioni verba deseruiant: Nam ita præponenda est sententia, verbis vti præponitur anima corpori; Nam
212 Bald. in c. Mandatum, colum. 1. de rescript. ait, † Quod mens est
213 radix verborum, eiusq; substantia prima, & † Cor est Imperator linguæ, habetque eam sicut mancipium, sub sua iurisdictione, & sub iugo mentis, tanquàm sub suo proprio originali verbo consi-
214 stunt, licèt in dubio, mentẽ per verba colligamus, † & verba sint earum quæ sunt in animo passionum notæ, ut inquit Philosophus Perhier. 1. & habetur in l. Labeo. vbi Bald. ff. de suppell. legat. per verba declaratur mens, & voluntas. cap. Tuæ, de spons. Linguam tubam cordis, appellat Bald. cons. 140. lib. 1. & nullum est maius testimonium mentis nostræ, quàm qualitas inspecta verborum. Cassiod. relatus à Bal. in l. generaliter, in 1. not. C. de nõ num. pec.
215 Et † negatio ipsa aliquando alicui verbo præposita, cum ipso verbo, in verbum contrariæ significationis ressoluitur, ut in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. test. ibi, non obtinuisti, idest succubuisti, & in l. Lutius. ff. de pet. hered. verum de hoc inferiùs, latiùs pertractabitur. Non nemo, idest aliqui cum esset, non Nemo in Senatu, qui diceret non oportere, inquit Cicero, Pro lege manilia.
216 Contingit & aliquando † augumentatiuè, alicui aduerbio eam apponi, vt in l. fideiussoris. ff. de pact. & in l. neque in naue sauseli, in fine, ibi, neque omnino hoc est nullo pacto, & neque enim hoc est, neque certè, ubi gloss. pro nullo modo intelligi vult ista etenim
217 † dictio, Enim, cum causalis coniunctio, sit secundum ferè locum in oratione obtinens, negatiua ei præposita causam ipsam abnegat, sicut & coniuncta alteri affirmatiuę, maioris expressionis causæ vim habet; vt si dixero cole iustitiam, hæc enim hominem vindicat à scelere, & in alio casu apud Virg. in 6.

Neque enim sine numine Diuum,
Limina tanta paras.

Et

Et quod negatiua ipsa signo vniuersali affirmatiuo postposita, suo contrario negatiuo æquipolleat, facit tex. in d. l. legitimos §. an ergo. i. ibi, ut si omnes satis non dederint, uel non potuerint, quod interpretatur gloss. ibi si nullus satisdederit, vel non potuerit.

† Conuersiue, & interdum nota ipsa negatiua ponitur, ut in l. 1. 218
ff. de in ius vocan. ibi, ut in ius vocari non oporteat, hoc est vocari non oportet; Et licet dici soleat. † Verba transposita, idem si- 219
gnificare. l. præ posteris C. de testam. tamen alius est sensus negatiuæ, negatiua ipsa p̄missa, alius ea præposita; ex notatis in l. quædam. ff. hoc eodem titulo nostro habetur, & in l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. calu. Siquidem † cum conuersio sit transpositio subie- 220
cti in prædicatum, & è conuerso, manente eadem qualitate, & quantitate, † Negatiua quæ sui natura semper priuat, & præposita, 221
& postposita non facit manere eandem qualitatem, & quantitatem, sed eas mutat, mutando uniuersalem in particularem, & affirmatiuam in negatiuam, secundum regulas supradictas. Vnde
† in his argumentum ab ordine conuersiuo, locum non habet ex 222
deductis p Euer. in sua sesquinc. in loco à ratione legis cōuersiua.

Et tanta est uis negatiuæ, vt ea aliquando in suum contrarium resoluatur, ut si dixero, Non credo Titium viuere, sequitur ut credam ipsum mortuum, & ne uiuam, hoc est, moriar. Ne longior sim hoc est vt breui me expediam. Archid. in c. si contra unum, de offic. deleg. in 6. Non indiget, hoc est non habet ut indigeat. l. 2. C. de inst. & subst. non obtinuit, hoc est non vicisti, nec succubuisti. l. Hæredi. ff. de his, quib. ut indig. Virum non cognosco; Hoc est non sum expertus uirum, seu ut de sacratissima Virgine dicitur uirum non cognoscere, hoc est non cognoscere dispósui. c. 2. 28. q. 2. Non suum, idest alienum. c. licet, ubi gloss. de test. non n odicam ergo magnam. §. Prætorum. Inst. de iur. nat. gent. & ciu. Non nesciant, idest sciant. c. 3. de iur. cal. & l. 3. ff. de off. Præf. Vrbis, Non amplius esse non ultra. l. si quando, ubi gloss. C. de test. licèt, & aliquando talis negatiua, nec det, nec tollat, † ut si Iudex in sua sen- 223
tentia dixerit, quem non esse liberum, uel seruum, talis negatio non resoluitur in suum contrarium, ut intelligatur pronunciatus ingenuus, uel seruus. l. Diui fratres. & quæ ibi notātur. ff. de lib. cau. Notat gloss. in l. ingenium. ff. de statu hominum. Non singuli, idest

non

non unus solus.l. 1.C.de tut. ill. perf. Non nihil, ideft aliquid non tacendus, hoc eft nominandus, laudandus Vir celtiberis, non tacendæ gentibus, dicit Martialis ad Licianum, nil non significat, hoc eft omnia tibi debeo, ut apud Ouid. faft.3.

Multum tibi memores, Nil non debemus Elisa.

Nonnulli, ideft aliqui. Bald.in l. 1. in princ. C. quo. & quan. Iudex.

Porro ut dictum eft, negatiua non prępofita, figno uniuerfali negatiuo reftringit ipfam uniuerfalem ad particularem, ęquipolletq; particulari affirmatiuę Bart.in trac.qui fint rebelles, ibi nonnulli, ideft aliqui. cap. 1. de cap.mon.l. 1. §. fed nonnullus.ff.de tut. & rat.dift. c.Iur.de refcrip.c. 1. de immun.Eccl.in 6.

Et tantę eft potentię negatiua, Neque ut prępofita coniunctioni caufali, Enim totum abneget, ut fuperiùs dictum eft, & cum dictio, Enim ponat caufam prępofita, ei negatiua, neque caufam ipfam abnegat, ut apud Ciceroné in 3.de fin. neque enim id facere.

224 † Et negatiua, Non, fuapte natura omnibus modis uerbalibus. Prçterquàm imperatiuo, accommodatur Indicatiuo, ut apud Terent. in Heaut. Non te dignum Chęrea fecifti, Optatiuo ut apud Plaut. in men. non negem fi nouerim: Subiunctiuo ut apud Virgilium Georg. 1.

Feruere non illa, quifquam me naue per altum
Ire, neque à terra moneas conuellere funem.

Infinitiuo, ut apud eundem Terentium in Phorm. ibi non neglexiffe habeo gratiam.

225 † Aliquando notę alicui alteri adiuncta, actum uirtutis fignificat, ut ibi non uerò, ut amicus Cęfaris fum; non autem affentator.

226 † At aliquando prępofita alicui aduerbio inferendi aliquid maius vim habet, vt fi dixero, Non modo te diligo, fed etiam amo.

227 † Hortatiue etiam aliquando ftat, vt apud eundem Virg. in 6.

Tu ne cede malis, fed contra audentior ito.

228 † Prohibitiuè fæpe, vt apud Terent. in Heaut. Ne conferas culpam in me.

229 † Quandoq; nota eft, fui ipfius inculpatiua, vt apud eundem Æneid. 1. *Me ne incepto defiftere victam?*

230 † Et aliquando dubitatiuè, vt ex eiufdem Maronis Æneid. 1.

Iuftitiam ne priùs mires, bellene laborem?

† Ali-

† Aliquando facit modum.l.cum tale. §. Titius.ff. de condit. & 231
demonst. aliquando conditionem, auth. Ex causa.C.de bonis lib.
Rursus, aliquando arctat, aliquando non. l. in hoc iudico.§.si inter.ff.com.diu. ne id est an. l. in persona. ff. de pact. & apud Virgilium, Æneid.1.

Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?

Ne, idest, Prout. l. si non singulo. C.si cert.pet. Ne, idest, ut non, l.videamus.§. Prospicere.ff. Loc. aliquando stat pro quamuis. l.si sine.§.cum autem.ff.re rat.hab.aliquando includit. l. Qui absenti. ff.de acq.poss.quãdo aũt inducat modum, vel cõditionem, videantur Bart.in l.si quis possessionem.ff.de acquir. possess. Et quomodo differat à dictione, vt idem Bart.in l. 1.col. 13. ff. de cond. & dem. Et ne passim significat indistinctè.l.fin.C.de iur.& fac.ign. & omnia ab eo composita semper, aduerbia negatiua sunt,ut neque,nequa, nequo, nequicquam, neutiquã, neutique, nequaquam,necubi, nedum, & huiusmodi; Et semper subsequente particula, quidem, pro, Neque, ponitur, vt apud Cic. de amici. Nunquam illum, ne minima quidem re, offendam.

† Iuncta autem, seu ante, seu post alteri negatiuæ, Non, vel 232
Nec, interrogandi vim habet, & in simplicẽ negationẽ, eam conuertit, vt apud Ciceronem, ibi, Vultis Prætori Flacco, nec ne? idest, an non? Et ex alio nescio, an bene faciam, nec ne?

Non ommitto etiam quod dictio, † tantum secundum Docto- 233
res negationis, vim habet, ut si testis deponit per verbum tãtum, ita erit de falso suspectus, sicuti si super negatiua deponeret. Innocentius in c. licèt, de probat. Bald.in l. 1.in prin.colum. 1.vers. ex hoc sequitur.ff.si quis iusdi. non obtẽp. plura de hac dictione tantum, dicit Card.in clem.2.§.2.de sum. Trin.& Fid. Cathol. Quis aliquando interrogatiuè,negationem includit, vt per illud Apost. Quis cognouit sensum Domini? aut quis Consiliarius eius fuit? quasi dicat nemo. & l. 1.C.de sum.Trin.& Fid. Cath.

† Se, Præpositio in compositione posita, negationem, seu pri- 234
uationẽ plerunq; inducit; & est de illis notis, quæ extra compositionem, nunquam vel raro inueniuntur; qualis apud Græcos, ἄνευ, vt securus, idest sine cura. c.2.de cler.ægr.l.1.& 2.ff. de his qui sui sunt, vel alieni iuris se cors, idest, sine corde, & huiusmodi; secu-

rus dicitur, qui nihil timet.l.mandato.§.3.ff. mand. & l.1. in fine.
235 ff.de act.empt. Vnde qui timet,& dubitat, securus non dicitur, † & promittens securitatem alicui, illud in quo nullam sentiat læsionem promittere censetur. Ant. & cum eo Pan.in c.Quoties,de pactis, quæ in hoc differt à Tuto. vt securus ille dicatur, qui nihil timet, etiã si periculum aliquod immineat; Tutus extra periculum
236 quidem est, verum adhuc timet. † Tutissimum cuique et fugium dicitur domus, quia in ea pro debito ciuili, quis capi non potest. l.Plerique.ff.de in ius voc.l.Nemo de domo.ff. de reg. iur. non tamẽ secura, quia pro delicto quisq; in ea capi potest,ut ibi; Et quoniam vera securitas in cęlis est. Diuus Augustinus in Oratione ad Sanctos, Meditationum suarum, cap. 23. ad eos conuersus, dicit: Fælices Sancti Dei omnes, qui iam transistis huius mortalitatis pelagus, & peruenire meruistis ad portum perpetuæ quietis securitatis, & pacis, securi, & tranquilli, semperq; festiui, & gaudentes estis. Obsecro vos per Patris Charitatem, qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis; securi estis de vestra immarcescibili gloria, solliciti estote de nostra multiplici miseria; & loquens de serò pœnitentibus, dicit, Pœnitentiam dare possumus, securitatem dare nõ possumus; habetur in c.si qui.de pœn.dist.7.& ibi est vera securitas, vbi est vera dilectio.c.Non turbatur.24.q.1.
237 † Et nihil sic valet ad securitatem, quam bona conscientia; quæ tam magna est (teste Cicerone in Oratione pro Tito Annio.Mil.) in vtranque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper versari ante oculos putẽt, qui peccauerint; faciũt dicta à D.Augustino, & habentur in c. sent.11.q.3.

Et inferendo ad ius nostrum, Imperator noster volens prospicere illis, qui à Fisco per donationem, venditionem, aut aliquo
238 alio titulo acquirunt, dicit † Illos ex huiusmodi contractibus statim securos fieri, hoc est absque, quod à quoquam super illis perturbetur, qui à Fisco acquisiũt.l.Benè à Zenone.C.de quadr præscr. §.Constitutio.Inst.de vsuc.& § pen.eod.tit. quib. lic.ali. vel non,
239 † vbi cauens debitoribus minorum, quo rectè soluant, vtitur verbo ipso securitas; inquiens, vt prius sententialis sentẽtia, sine omni damno celebrata hoc permittat. Quo subsequuto, si & Iudex pronunciauerit,& debitor soluat, sequatur huiusmodi solutionem plenis-

pleniſſima ſecuritas. † Securitatẽ antiqui Philoſophi definierunt. 240
Vt ſit recta placidiſſimi animi conſtitutio, malorum pendentium
cura vacans; Et quid ſit ſecuritas, ponit Bald. in Auth. agricultores. C. in quib. cauſ. pign. & hyp. tac. cont. † & ſecuritate alicui pro- 241
miſſa, vt nec directo, nec per indirectum à quoquam moleſtari valeat, promiſſum cenſetur. Ang. in l. contra. §. ſi quis meritis, in uerbo, ſecurè. ff. de inoff. teſt.

† E, etiam in compoſitione priuatiua nota, quandoque eſt, vt 242
elinguis, hoc eſt ſine lingua, exanimis, hoc eſt ſine anima, & huiuſmodi habetur in cap. 1. de renunc.

Dictio, † Solus, priuatiua, ſeu negatiua nota etiam eſt, quæ ex- 243
cluſiua alterius partis exiſtit. l. His ſolis. C. de reuoc. donat. Iaſ. in l.
Qui Romę. §. Duos fratres. nu. 46. ff. de verb. oblig. Et ob id, † Sol, 244
dicitur quaſi ſolus, eo quod præter ipſum, nõ ſit alius Sol; Quodq́; tantam claritatem ſolus obtineat, ut ſolus cum exortus fuerit, obſcuratis omnibus alijs, cœli luminibus appareat, ut inquit Cic. lib. 2. de nat. Deorum.

† Atqui licet dictio ſolus, ita taxet, ut non taxatum excludat, 245
auth. Hoc ius. C. de proc. Tamen non ita taxat, ut ſimilia, & ei connexa non includat; Aliarum dictionum taxatiuarum ad inſtar. Anch. in c. 2. de acc. in 6. Bald. in l. 1. ubi & Iaſ. nu. 7. C. de bon. poſſ. con. tab. clem. exiui de Paradiſo, de verb. ſign. vbi Summus Pontifex, dum quærebatur; Num Beatus Franciſcus in eius Regula ad omnia conſilia euangelica, ſuos fratres obligare intendiſſet, ſuppoſitis aliquibus, & aliquibus non expreſſis. Determinat † termi- 246
num reſtrictiuum, ibi, ita excludere ab ea extranea, ut cuncta ad eam pertinentia omnino includat. † Et ſtatuto diſponente, vt ſo- 247
lus Epiſcopus agat, capitulum, Quod ei annexum eſt, excludere non intelligitur. Bald. in d. l. 1. Ita vt taxatiuæ notæ, quæ ut dictum eſt, alterius partis excluſiuæ ſunt, eam partem excludant, quæ eis diſſimilia ſunt, & contraria, non autem ſimilia, & connexa, vt ibidem dicit Iaſon.

Quorum tamen hæc Theorica datur, vt taxatiuæ, ſeu reſtrictiuæ notæ, ſi negatiuè ponantur, poſitum affirment, implicentq́ue aliud, de quo minus dubitatur. l. & non tãtum ff. de pet. hæred. l. & eleganter. §. Non ſolum. ff. de dolo. ita etiam determinant Bart. &

248 alij in l.1.ff.si quis ius.dic. non obtemp. † Sin autem affirmatiuè, nedum affirment, quod ponunt, verum excludant omne aliud, & alios casus nõ expressos.l.fin.C.de pat.pet.l.ob æs.C.de pręd.men.

249 † Taxatiua affirmatiua, omnem generalitatem excludit; negatiua autem etiam generalitatem includit. Bald. in l.1.C.de test. & habetur in d.l.His solis. Vnde cum ex prædictis taxatiua dissimi-

250 lia tantũ excludat, & similia, & annexa includat. † Si quis factum suum tantum promittat,& factum sui hæredis, promisisse intelligitur. Bald.in d.l.fin.C.de act.empt.per l.si stipulatio.§.sed si se.ff. de verb.oblig.Plura de taxatiuis dictionibus apud Felin. in c.cum contingat. col.2. de fid. instr. & quod taxatiua illa tantum abest intelligatur, idest, quantum adest; habetur in l. si eum seruum. ff. si cert. pet.

Et cum superiùs dixerimus, idem iudicari de negatiua habente in se inclusam affirmatiuam,quę negatiua prægnans dicitur,quod de affirmatiua apta quæ & ponit, Nemini dubium est Dictionem

251 illam. † Nihilominus, quæ interpretatur sine dubio, non minus. c.fundamentã.§. Quod si secus, vers.At nihilominus, de elect.vb. Arch. exponit, ibi, Nihilominus hoc est, non ideo minus facit. & l.si is qui.§.si Postea,ubi glossa.ff.Quod vi,aut clam. & Nihilominus dicitur, immo magis.l.si pupilli.ff.de neg. gest. Affirmatiuam includere, ac dici; Sicuti. Nihilomagis negatiuam.§.1.inst.titulo. Quib. nõ est permiss.fac.testa.ibi,in verbo,Nihilomagis in glossa.

252 Et ita negat negatio, † vt in uno falsa, in omnibus falsa reddatur.d.l.si is qui ducenta.§.vtrum.Nonius in rub.Instit.de testa.n.7.

253 Cumque † Oratio affirmatiua, de primo actu verificetur. l.Boues.§.hoc sermone.ff.de verb.sign.negatiua ad infinitum trahitur. l. si ser. stipulatus sum, & ibidem Ias.2.not.ff.de verb.oblig.gloss. in l.hoc genus, & ibidem Bart. & Castr.ff.de condit.& demonstr. Oldrad.cons.16. Thema tale est. Tiraq. in d. §. Hoc sermone, &

254 tracta. Primo. q.24.nu.12.† & præcepta affirmatiua semper quidem, sed non ad semper, & in omni casu negatiua semper, & ad semper obligant D.Thomas, Scotus, Alex.de Ales,Riccardus,& Franciscus de May. in 4.dist.19. art.2.

255 Verbum † Nescio, negandi quoque nonnunquam vim habet, vel saltem negatiuam habet implicitam, cum componatur ex ne, & scio,

& scio, & exemplificari potest in eo Apostoli. Nescitis quoniam Ad Cor. 6.
Angelos iudicabimus, quanto magis secularia? hoc est non nescitis, licet & in multis † nescire, & negare differăt, ut neg. ns cer- 256
titudinaliter nesciens verè dubitatiuè asserere videatur, siquidem negans feudum, si de mendacio conuincatur, eo priuatur, sed dubitanter respondens, per uerbum nescire, nisi fraudolenter hoc fecerit, non priuatur. c. 1. §. fin. de lege Conradi. in vsib. feudorum;
Vnde inquit Bald. ibi, quod verbum † Nescio, positum in respon- 257
sione, quæ fit ab eo, qui terminum ad consultò deliberandum habuit, confessionem inducit, quod & induci potest ad responsiones, quæ quotidie fiunt ad positiones, per dictum verbum nescit, an per illud confessatæ, vel negatæ censeantur, vel non sufficientur responsum, asserendum, & opponendum sit. Verum inoleuit praxis,
vt taliter respondens adijciat responsioni. † Et ideo non credit: 258
Quod an iure etiam subsistat, nec ne, cogitădum relinquo. Etenim videntur hæc contradictionem implicare, nescire, & non credere,
quia licet † non credere, non affirmare sit, in alijs. l. Testium, vbi 259
gloss. & Doct. C. de test. Innoc. in c. Ad hæc, eod. tit. † Vnde dant 260
cautelam, vt interrogentur testes an credant esse vera, quæ deponunt, qui si dixerint credere, destruunt suum testificatum, per notata in auth. Principales. §. Quod obseruari. C. de iureiur. propter cal. dand. licèt contrarium videatur sentire Bald. ibi, sub num. 6. in respõsionibus ad positiones verbum credit est veritatis expres-
siuum. Bal. in l. 1. in fin. C. de fals. cau. adiec. leg. † Vnde qui respon- 261
dendo ad positiones, per verbum nescit, adijcit; & ideo non credit, videtur implicare contradictionem à iure improbatam. Surd. decis. 88. num. 14. & ideo pro confesso habetur; faciunt tradita à Ioanne de Deo. in tract. de cauill. lib. 5. c. 16. num. 18.

† Veruntamen huiusmodi Praxim (si praxis dici potest) ego 262
nunquam probaui, tanquam iuri manifestè contrariam; Etenim,
cum verbum † Nescit, seu ignorat, sit dubitatiua responsio, & non 263
credere ad positiones, vt diximus, sit certitudinaliter negare, contradictionem implicat manifestam, uno, & eodem tempore vnico contextu, per eundem, & ad idem respondere ignorat, & ideo non credit, dubitare nanque medium est, inter credere, & non credere. Spec. in tit. de Posit. §. 6. vers. sed nunquid. nu. 7. Et quatuor

sunt,

sunt, quæ licet idem videantur, diuersa tamen sunt inter se, nem-
264 pe, † ignorantia, nescientia, error, & titubatio. gloss. in rub. ff. de iur.& fact.ign. Alex.in l.error.C.eod.tit. Vbi Azzo in summa Addi potest credulitas, seu & non credulitas, siquidem vt declarant ibi prædicti; ignorare est nescire illud quod quis scire tenetur, vnde dicitur Ignorans, ignorabitur, & ignarus dicitur idem quod in-
Psalm.35 sipiens. Dixit insipiens in corde suo non est Deus, inquit Psalt.
Psalm.13 Nescire est ignorare, illud quod tamen scire non tenemur.

Inscius Atheon vidit sine Veste Dianam.

Inquit Ouidius, licèt & hæc confundantur, & vnum pro alio accipiatur, ut titulus ipse. De Iuris, & fact.ign. clarè insinuat, & fa-
Luc.23. cit illud Dominici dicti, Pater dimitte illis, non enim sciunt quod
265 faciunt. Error est cum aliud est, quam credam, † Vnde nullus error cum veritate concurrit, bene ignorantia pariter ad verum, & falsum se habere potest, & cum vtraq; permiscetur, vt inquit Philosophus, & dicit. Bald.in l.falsus.quæst.1.C.de fals. & dici solet, Qui errat non consentit, vulgata l. si per errorem. ff. de iur. omn. iud. Titubatio, seu dubitatio, est scientia duorum, vel plurium inter se diffidentium, & contrariorum; Quorum alicui, quia dubito
266 crudelitatem applicare nescio, † & propriè titubatio est, quoties ab animo verba dissentiunt, de qua pulchra, & notatu digna congerit. Alber. in l.fin.in verbo, Titubante mente. C. de cond. ind.
267 † error est approbatio falsi pro vero, & incerti pro certo, & differt ab erratione, secundum Grammaticos, ut error propriè animi sit, erratio cuiusuis hominis, & errare nullius sit, nisi insipiẽtis, quando in errore perseuerat, edoctus veritatẽ; ut inquit Cic.Philip.12. Et propter hanc differentiam inter errorẽ, ac Titubationem Doct.
268 nostri volunt, † magis succurri debere erranti, quam titubanti, quia titubans habens animum dubium, in tali eius perplexitate debet de veritate diligenter se informare, eamq; plena discussione perquirere; errans autem iam ita credit, ob quod faciliùs ei succurrendum est; ex notabiliter consideratis à Ias. in d.l.si per errorem, nu.16. Vel certè talis adiectio, & ideo non credit, illud idem inferre videtur, quod prædictum est, ponderando coniunctionem
269 illam illatiuam, † ideo, quæ causalis est. Bart. in l. Demonstratio. §. Quod autem.ff. de cond. & demonst. & est synonimum alterius illius

illius coniunctionis iccirco. l. Non icciro. C. de act. empt. & ut dixi, infert illud idem quod prędictũ est, §. 1. Inst. tit. de fiduc. tut, §. Apium. Inst. de rer. diui. & explicatiuè in casu proposito, & adducere causam, quare sic respondendo non credat, nempe, & ideo non credo, quia nescio, nec per talem responsionem certificat ponentem, sed magis illudit, † Rursus & differt dubitare, seu titubare, amputare, vt putare sit iusta ratione aliquid existimare. l. cum quidam. §. Quod dicitur, vbi Bart. colum. 2. ff. de acq. hæred. & in l. creditor. §. Lucius. not. 1. ff. mand. Quod deseruit citationibus, quæ quotidie fiunt, de illis quos approbare nolumus pro legitimis contradictoribus, † qui citãtur cum clausula, si sua putauerint interesse, secundum formam l. ea quidem. C. si man. ita fuer. alien. Bald. in l. fin. q. 5. & ibidem etiam Ias. num. 24. C. de edict. D. Adr. toll. & turpe est dicere, Non putarã veteri adagio dicitur; & cum licèt alias credere non affirmare sit; & nihilominus in responsionibus ad positiones significatiuè expressiuum sit veritatis. Bald. in l. 1. in fine. C. de fals. caus. adiec. leg. faciatq; indubitatã probationem æquiualentem probationi, quæ fit per publicum instrumentum. But. in c. fin. de lib. obl. Spec. in d. tit. de posit. §. 6. In materia fidei maximè credere est firmiter, & indubitatiuè tenere quod creditur. c. 1. de Sum. Trin. & Fid. Cath. Vnde credere Deum, Deo, & in Deum, est pro certo tenere Deum esse, eiusq; prouidentia, ac numine mundum gubernari, nanque etiam dæmones Deum, & Iesum Christum filium eius credunt, & contremiscunt. Magist. sentent. & alij in 3. dist. 23. Alex. de Ales in 3. par. Summæ, in tractatu de septimo Præcepto Decalogi, q. 6. Monitis, ac præceptis eius obtemperare, & in nullo eius lædere Maiestatem. 270 271

Discite Iustitiam moniti, & non temnere Diues.

Inquit Maro Æneid. 6. In Deum, hoc est amando in ipsum tẽdere. c. ex præmissis, de consec. dist. 1. Charitas. de pœn. dub. 2. & c. Prima. de consecr. dist. 4. & cum credere sit firmiter tenere, ut prædictum est, vsu receptum extitit, vt aliquando credere sit fidei committere; nam Lact. Firm. Diuin. Inst. lib. 4. ait: Iudæis solis arcanũ Dei creditũ est, & de credulitate in Deum, & in Iesum Christum vnicum filium eius; dicitur, qui crediderit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet; & qui credit in me habet vitam æternam; & quod *Ioann. 11.* *Eiusd. 6.*

aliquando

aliquando accipiatur pro se alicui committere, faciunt verba Maronis Æneid. 6.

Dædalus, vt fama est fugiens Minoia Regna,
Præpetibus pennis, ausus est, se credere cælo.

Sed certè multoties vidi censitum fuisse, per huiusmodi responsionem, sufficienter responsum, & aliquando non; Ego crederem rationibus prædictis minus legitimè responsum censeri, cũ in his verbum credo veritatis expressum sit; Nisi vellemus defendendo praxim, restringere ipsam, vt sufficiens dicatur talis responsio, quando positio sit de facto alieno valde remoto, de quo respondens non ita facilè certificari valet, in quo non credere sit, non affirmare secus in facto proprio, ut considerat Spec. in tit. de positio. §. Nunc tangendum est, vers. Sed nunquid est differentia, nisi certificatus respondens perseueret in negatione, vel in ipsa responsione, Nescit, ideo non credit, vt ibidem notat Speculator; vbi allegat l. 1. ff. de lib. hom. exhib. l. si quis inficietur. ff. depositi.

Maximè quando respondens est verisimiliter de ipso facto informatus; Et terminum competentem ad se informandum, & respondendum habuit; Vel quando fraudis suspitio viget, quo casu responsio huiusmodi non sufficit; tanquàm per eam fraus legi facta esse dicatur; cui occurrendum est ex notatis per eundem Bald. & alios in d. c. 1. §. fin.

272 † At nescire aliquando pro non cognoscere, accipitur vt ex eo sacrarum litterarum, Amen, Amen dico vobis, quia nescio vos, nescio, hoc est non cognosco vos, seu cognoscere nolo; & per verbum nescire, aliquando aliquid proferimus, quando rem aliquam nobis ignotam significare volumus: Postea quam Nescio, quod impedit mediocri quæstu contentus esse non poterat, inquit Cic. Pro Quintio. Accipitur, & pro ignotum esse; vt in sacro Cantico,

Matt. 6. Ille inquam Lucifer, qui nescit occasum, & nesciat sinistra tua; Quid faciat dextera tua.

273 Quodque per uerbum ipsum † Nescire, respondens pro contradicente habeatur, dicit idem Bald. in l. falsus, in 3. col. C. de furt.

274 † & nescire pro non credere ponitur, in c. habent. 13. q. 2. ibi habẽt forsitan, illi iustam longi doloris excusationem, qui vitã alteram nesciunt, qui de hoc sæculo, ad melius esse transitũ non confidunt: nesciunt

nesciunt enim, ibi, gloss. exponit, hoc est non credunt; Et nescius dicitur, qui alicuius rei sciens non est. Vnde cum diei, & horæ mortis certitudinẽ nõ habeamus, vt apud Virg. Æneid. 1. dicitur.

Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ.

Dicitur nescit, quis qua hora sit moriturus, cum incerta sit hora, 275
Et cum negatiua præposita (vt diximus) priuationem sicuti affirmatiua positionem inducat. Bart. in d.l. de ætate. q. 3. l. Codicillos. C. de Codic. vbi & Bart. & in d.l. Actor. C. de prob. † Factum est, 276
vt aliquãdo translatiuè ad ipsum factũ referatur, & cũ non minus facta, quam verba loquantur. l. Paulus. ff. rem. rat. hab. c. cum super de offic. & potest iud. deleg. † Et plus est facto, quam verbis, ali- 277
quid demõstrare. c. dilecti filij. 1. de appell. Squillac. de Fid. Cath. c. 15. num. 3. † Vnde facto, Christum negare dicitur, qui Christianus cum sit, opera Christi non facit, hoc est præcepta eius non adimplet. c. ęstimare. 51. q. 3. Quoties enim vitijs, & peccatis vincimur, toties Deum negamus, & inquit Apostolus; Omnibus *Ad Tit. 1.*
quæ peruersa sunt factis, Deum denegari, quoties lætaliter peccamus, toties Deum negamus. † Hinc Sancti Dei, omnes Con- 278
fessores appellantur, quia opere etiam Christum confessi sunt, eius præcepta, atque etiam consilia adimplendo; & dictum fuit Apostolis, Eritis mihi testes in Ierusalem, & omni Iudæa. Et † qui 279
veritatem negat, & iustitiam per pecuniam vendit, Christum negare dicitur, qui veritas est. c. Abijt ead. 11. q. 3. facto etiam Christũ negat, qui misericordiã nõ facit, quia misericors est. c. omnis. 7. q. 1. Frãc. Squillac. de Fid. Cath. c. 16. sub n. 3. Estote Misericordes.

† Et quantum vita est Christum confiteri, tãtum mors est eum negare. c. Timendo, ead. q. 3. † Petrus negauit, Christum negãdo, 280
se eius esse discipulum. c. non solum, ead. q. 3. † Vnde & ad simili- 281
tudinem verbalis ipsius negationis, quæ priuationem inducit, in- 282
ductum est, vt auferre, & priuare negare sit. Negant intueri lucem fas esse ei, qui hominem à se ociosum esse fatetur. Dicit Cic. in oratione pro Tito Annio Milone, hoc est faciunt, vt vitæ priuatione dignus sit; Et Auctor ille Catonianus, negare pro non concedere ponens asserit.

Corporis exigui vires, contemnere noli,
Ingenio pollet, cui vim natura negauit.

283 Hinc † abnegare, est maximè negare, & abijcere, Abnegantes
Ad Tit.2. impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, piè, & iustè viuamus in hoc sæculo, expectantes magnam spem, & aduentum magni Dei:
284 inquit Apostolus, † Qui vult venire post me abneget semetipsum,
Matt.16. & tollat crucem suam, & sequatur me; idem Saluator dicit; quod interpretatur Diuus Hieronymus; & habetur in cap. nimis, de excess. Prælat. vt abnegare semetipsum, & sequi Christum, sit deponere veterem hominem, cum operibus suis, & habetur etiam in cap. Primum interrogatur, de cons. dist inct. 4. Ab re, idest sine re, Abortus, hoc est non ortus, seu intempestiuè ortus.

285 † Præpositio, In, & aliquando negatiuè stat secundum quod,
286 & sola, & in compositione ponitur, † ut Sola, siquidem accusatiuo casui præponatur, extrinsicitatē significet, vt si dico: In Campum curro, significo me, extra campum in campum currere. Arch. notat in c. 1. 13. q. 1. Albericus in auth. quod ius. C. de procur. & in hunc sensum accipitur in hac lege nostra, ibi, in rē, vt in rem agere ille dicatur, qui rem ipsam non habet, sed ius ad illam prætendit.
287 † Et in rem præsentem venire, est de alio loco, in locum rei controuersę uenire; Vnde Iudex in rem præsentem venire dicitur; Cum accedit ad locum, de quo est controuersia: Cic. Pro Cecinna placuit Cæcinnæ constituere, quo die in rem præsentem veniretur: Sin autem ablatiuo casui tunc intrinsicitatem denotat. l. 1. §. in flumine. ff. de flum. & in l. si in annos ff. de cond. & dem. plenè notat Bart. in l. casus indifficilis. ff. de lib. & posth. ut si dico in stadio curro, significo me esse in stadio ad currendum; ad hoc faciunt Carmina.

In Campo curro, si sis benè dicis, in illo,
Si sis exterius, in campum sit tibi cursus.

288 Sin verò in compositione ponatur † tunc, vt in plurimum priuatiuæ notæ ratione adiuncti, vim habet, siue primitiuo, seu deriuatiuo nomine iungatur. l. si cum Dotem. §. transgrediamur, ibi, Iniussu Patris, idest non iussu. ff. sol. mat. Incestus hoc est non castus, inculpatus, idest sine culpa. l. Titia. §. si ea. ff. de leg. 2. l. pecunia. ff. de vsuris: Vnde moderamen inculpatæ tutelæ dicitur, quod sine culpa fit. Doct. in l. vt vim. ff. de inst. & iur. & insciens citius dici-
Psal.68. tur, Fiat habitatio eorum deserta, nec sit qui inhabitet. Inaccessus, hoc

hoc est non accessibilis, ut apud Virgilium Æneid. 7.

Proxima Circeæ raduntur littora terræ,
Diues inaccessos, Vbi Solis filia Lucus,
Assiduo resonat cantu, tectisq; superbis,
Vrit odoratum nocturno in lumine cedrum.

Inglorius, idest sine gloria.c.Fundamenta §.Quid plura, de elect. in 6. Infans, idest qui nondum fari valet.l.mulier. ff. de verb. obl. Inofficiosum, quasi non ex officio factum.l.2. ff. de inoff. test. immundus, hoc est non mundus.

† Licèt, & aliquando augendæ rei causa, pro valde in Oratione ponatur. c. Parsimoniam, ibi, infucatam, idest valde fucatam.41.dist. quod tamen glossæ haud placet,quæ infucatam,idest non fucatam interpretatur; quod & mihi arridet Augumentatiuè etiam stat, ut in l. Gallus. §. ille casus, ibi, indifficilis, idest valde difficilis.ff.de lib.& posth. & in l.1. §.in suo.ff. de aqua plu. arc. & in l.Quæsitum.§.sed si fundus. ff. de fund. inst. in hunc sensum accipiuntur, & verba Flacci. 289

Exegi monumentum, ære perennius,
Regalisq; situ, pyramidum altius;
Quod non Imber edax, nec Aquilo Impotens,
Possit diruere.

Verbum enim Impotens, ibi, ponitur pro valde potenti, & apud Virgilium Georg.1.

Labor omnia vincit,
Improbus.

Hoc est valde probus; ita interpretantur Ascensius, & alij, & vt Virgilius Æneid. 12.

Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos.

Causa etiam elegantioris sermonis † præpositio, In, seu, Im, loco 290
affirmatiuæ in compositione ponitur, vt Impiger pro non pigro.

Impiger Aeneas volitantis frater Amoris.

Vt apud Tibullum, & apud Horatium epist.1.

Impiger extremos curris Mercator ad Indos.

Virum ad laborem belli Impigrum, hoc est summè diligentem, dicit Cic. Pro Fonteio,Omnia Impigra, hoc est summa diligentia facta, dicit Liuius in 4.de Bello punico.

Ita priuat præpositio, In, vt vniuersali negatiuæ æquipolleat, actumq; oppositum infert; Vt si dixero intestatus, significo non
291 testatum.l.hoc autem.ff.de verb. signif.l.3. §.fin.ff.Pro suo.† Quin etiam negatiuæ stat aliquando vbi, §.1.ff.de tut.& cur. dat ab his. l.quod dicitur.ff.de milit.test. Doct.in l.non dubium.ff.de leg.3.& quando stat negatiuè increpantes, vel interrogantes, vel hortantes eam proferimus, vt resoluatur indictionem cur non? vel cur non fugis? & apud Virg. in Bucolicis, Ecloga 2.

Quin tu aliquod saltem potius quorum indiget vsus,
Viminibus molliq; paras detexere iuncto.

292 † Prætereundum haud duxi, quod & verbum Inficior, negatiuum est.l.inficiendo.ff.de furt. differt tamen, à verbo ipso negare, Vt negare tam ad factum, quàm ad verbũ referatur; Inficiari autem ad dictum tantum, ut verbo inficietur. Plaut.in Cist. omnia inficiatur, quæ dudum confessa est, & Cic. in Catil. cum id posset inficiari, repente confessus est. Vnde inficiationes debitæ rei negationes dicuntur; Sin & negandi vim habet, significatq; si verò, vel sin autem,& facti diuersitatem non iuris inducit.l.fin.§.fin autem. C. de abol.

Negatiua præpositio ad significandum animi nostri conceptus,
293 ita necessaria est, ut aliquando, † quòd non negatur, affirmari di-
294 catur, † Et non negasse noceat, tacitumq; consensum inducat.cap. nonne deprasum; & voluit Ang.in l. generaliter, in fin. princ. C. de sec. nup. Vt si quis in præsentia testium, non irato animo, nec per iniuriam repræhenderit aliquem de delicto, & obiurgatus taceat, & non negat, nec se excusat assentire videtur, quod & Marsilio placet, in §.diligenter, vers. quæro etiam, de notabili dubio, & Bald.in l.2.C.de bon.quæ lib. & Cagn. in l.qui tacet. ff. de reg. iur. & colligitur ex eo sacræ paginæ; Tu es, qui venturus es? an alium expectamus? vbi Sacer. textus dicit,& confessus est,& non negauit, quia non sum ego Christus, utique si conticuisset tacitè se Christum esse forsan confessus fuisset; non tamen negauit se esse Heliam spiritu.

Negatiuo modo, aliquando ex iuris necessitate, sententiam proferri contigit, nec aliter ferri potest; vt in casu.l.si Pater.C.de act.
295 empt. Vbi Imperator ponendo casum illius, † qui venundando portio-

portionem suam, in vacuam possessionem emptorem non induxerat, ex quo ius omne penes se retinuisse censetur, si Preses Prouinciæ super hoc aditus fuerit non dubitabit, nihil esse translatum pronunciare asserit.

† Et aliquando ipsi affirmatiuæ negatiua inest, in eaque subintelligitur, quæ & pro expressa habetur. Neuiz cons. 31. sub nu. 16. Spec. in tit. de lit. cont. §. 2. vers. sed Nunquid. & quam prægnantem affirmatiuam, appellat Bald. in l. fin. nu. 34. C. de hæred. instit. 296

Et dum dicitur negationem, rem dubiam facere, idem Spec. in tit. de cess. act. §. 1. vers. sed opponitur. l. post rem, vbi Bart. ff. de trans. intelligitur ad commodum ipsius negantis, qui quòd negat probare non tenetur, sed onus probandi in aduersarium transfert. Bal. in l. non solum. §. Qui in alieno. ff. de proc. Siquidem mandati inficiatio, de ipso mandato dubitari facit, & nihilominus onus illud probandi in aduersarium transfundit. Bart. in l. 1. C. eod. tit. de proc. † Rem etiam dubiam reddit negatio præposita, verbo, 297
Credit. Bal. in l. 3. C. quib. ad lib. procl. nō licet. Et in hoc ēt negatiua ab affirmatiua differt, † vt Negatiua quidem cum suo contrario in diuersis personis stare valeat secus affirmatiua. l. sed & si possessor, in princ. ff. de iniur. Fieri nanque potest, vt qui meus seruus non est, tuus sit, & è conuerso, at fieri nequaquam potest, ut ingenuus qui est, quoad omnes non sit ingenuus. Bald. in l. ingenuum. col. 1. ff. de stat. hom. vbi & asserit, quod illud, vt † sententia faciat ius intelligitur, si verbis affirmatiuis formata fuerit, secus si negatiuis, quia per Verba negatiua Iudex tali casu ius facere non intendit, cum intentio ipsius sit effectum probationum sequi. † Atqui negatiuis verbis prolata sententia ex vi probationum non fertur; sed potius quia probatum nō fuit, notatur & in l. Actor. C. de prob. sanequam, qui non probat vincitur. l. fin. Si inge. esse dic. & quando quis ab aliquo excluditur probationum defectu dici solet, † non ius, sed probatio deficit, vt idem Bald. in d. l. Ingenuum concludit. 298 299 300 301

Ita necessaria negatiua propositio est, vt per eam † litis contestatio fiat, & sine ea minimè inducatur, idem Bar. qui Butrigarium allegat in l. si debitori. ff. de iud. l. rem non nouam, seu mauis Auth. Hodie. §. Patroni. C. eod. tit. † vbi cū dicatur cum lis fuerit contestata, 302 303

ſtata, poſt narrationem propoſitam, & cõtradictionem obiectam, vt per negationem conteſtata fuerit profectò dicendum eſt; vo-
304 cisq; ipſius ethymologia demonſtrat; Quia † conteſtari eſt ſimul teſtari, & illi ſimul litem teſtari, dicuntur qui inuicem ſibi contradicunt, & definitur, vt ea ſit hinc inde apud Iudicem negocij principalis facta narratio deſumitur, ex c. 1. de lit. cont. & ex c. dudũ 2. de elect. & ex l. vnica, iuncta gloſſ. C. eodem tit. vt lit. non conteſt. vnde vt ſequatur negatio illius, quod petitur ad hoc, vt lis conteſtata dicatur, operę precium eſt; Quicquid nonnulli relati à Schenardo ad cap. fin. circa princ. vt lit. non cont. ex confeſſione etiam aduerſarij reſpondentis petitioni actoris, litis conteſtationem fieri
305 aſſerant, † Etenim ſi reus confiteatur nulla conteſtatio litis fit, ſed
306 proceditur ad condemnationem, † cum inconfeſſum nullæ aliæ iudicis partes ſint, niſi in condemnando. l. 1. & l. Certum in princ. ff. de conf. gloſſ. in l. Romana. §. ſin autem, de app. in 6. clarè decidere videtur, tex. in l. ſi domus. §. In pecunia. ff. de leg. 1. Bald. in l. 1. poſt numerum 10. verſ. interdum autem. C. ne ex del. def. licèt &
307 ſola negatio aliquando litis conteſtationem non inducat, † vtpotè quando qui negat, expreſsè proteſtatur, non animo litis conteſtandi id agere. l. ſi debitor. §. 1. ff. Quibus modis pign. vel Hyp. ſol. l. ſed & ſi. §. fin & l. ſeq. ff. de vſuf. c. Cumana, de elect. Bart. in d. l. 1.
308 † & confeſſio habet vim ſentẽtię. l. 1. vbi Doct. C. de conf. Caſtren. conſ. 4. Galeottus in ſua Margherita cap. 14. num. 1.

Et dum tenentes contrarium nempè, quod & aliquando per ſolam confeſſionem lis conteſtata dicatur, allegant Burrig. vt ſup. à Bar. relatum in d. l. ſi debitor, ſi benè conſideretur doctrina Burrigarij, ibi, ſeu & Bartoli, ea hoc non infert, qui dicũt, quod ſi oblato libello pars confiteatur, talis confeſſio habet vim litis conteſtationis, & poteſt ferri ſententia, ita ut condemnatus, poſtmodum terminum, qui datur condemnatis ad ſoluendum habeat; Nec ſequitur confeſſio illa ad libellum, habet uim litis conteſtationis, er-
309 gò & per cõfeſſionem cõteſtatur lis, quoniam reſpondetur † aliud eſſe, aliquid eſſe tale, & aliud haberi pro tali, per notata in Regula pro poſſeſſore, in 6. Alb. in Auth. Quod quis. C. de proc. dicit Archid. in c. Iudices 1. q. 1. & in c. ordinationes 63. diſt. Expreſsè colligitur, ex textu hoc noſtro, in quo cum dicatur in rem actionem

pati

pati non compellimur, quia licet alicui dicere se non possidere, manifestè innuitur, † quod negans possidere in actione reali, su- 310
per ea contestari litem non cogatur, vt per Bart. Bald. & alios ibi, sequitur ut in actionibus personalibus negando quis subire iudicium cogatur, tanquam per ipsam negationem litis cōtestata censeatur, vt & Angelus dicit hic, sicq; quod per negationem contestetur lis: valet enim † Argumentum à ratione legis conuersiua. 311
l. 1. ff. de sol. & l. pen. C. eod. tit. latè docet Euerard. in sua sesquicent. in superiùs citato loco, traduntq; Arist. & Cicero in Topicis, & procedit argumentum, vt si reus conuentus neget se possidere in actione reali, non cogatur in rem actionem pati, hoc est iudicium super ea re subire secus in ratione personali, nempe ut omninò cogatur.

† Etenim Actionis nomen manat latissimè, & cum ab ago no- 312
mine verbali descendat, multa significat, quandoque enim pronunciationem; Vt apud Cic. in Orat. est actio quasi corporis quędam eloquentia, cum constet ex uoce, atque motu; Quandoque pro Oratione scripta, quandoque pro historia, ut eiusdem Ciceronis Actiones in Verrem; quandoque pro rei alicuius defensione: idem Cic. Q. Valerio, Actionem meam Caius Cæsar comprobauit: glos. in l. Vnde Neratius. §. fin. ff. ad leg. Aquil. & plenè apud Ias. Inst. de Act. Aliquando pro demonstratione gratitudinis accepti beneficij, Quæ gratiarũ actio dicitur Cic. Planeo. Gratiarum actionem à te non desiderabam: Interdum pro administratione, & actis, idem Cic. Mearum actionum monitores, & in auth. vt Iudices sine quoque suff. §. iusiurandum, not. in l. 3 §. pen. in verbo, Actiones. ff de donat. int. vir. & vxor. & generaliter pro quocunque actu uirtutis: Vt apud eũdem Ciceronem offic. 1. uirtutis laus in actione consistit, † At in iure hoc nostro actio propriè accipi- 313
tur, pro iure prosequendi in iudicio: quod cuique debetur, ut lib. 1. Rhet. ad Herennium. & dicitur infra, & hoc modo sumpta actio † filia, & uirtus obligationis dicitur, Bald. in l. edita, num. 7. 314
in Prima lect. C. de edendo, & iudicium, & molestia Doctores in l. Sed & hæ. §. non solùm. ff. de proc. & pro molestia, seu causa, & iudicio sumi interpretantur etiam Doctores hic, quod si acciperemus actionem hic pro iure prosequendi in iudicio, quod nobis debetur

debetur, iuxta definitionem, de qua in §.1.Inst.de act.& prout dicitur filia obligationis.l.licet.§.ea obligatio.ff.eod.tit. de proc. sequeretur, vt actio, & passio darentur in eodem subiecto, dicendo in rem actionem pati,contra Regulam & philosophicam,& legalem, de qua in l.Vranius.ff.de fideiuss.& in l.ab eo. ff. de neg. gest. Rip.tit.ad l.falc. respons.1, Bald.in l.hæres.§.quod stipulator.ff.de fid.instrum. At in actione personali, licet negatum sit parte rei cõuenti subire cogatur,quia ipsa actio infixa est ossibus. Bal.in l.cum in longi. nu.1.C.de præscript. long. temp. sicque per negationem in eo litis contestatio inducatur, ex quo concluditur, quod cum liceat alicui dicere se non possidere, ita ut ulteriùs contra eum agendum in ea re non sit,regula iuris desumitur,ut facta negatiua facti, Iuris præsumptionem habeat talem; Vt negans eam probare non teneatur; gloss. in l.1. C. de prob. per illum tex. & in l.2. in verbo Compellere. C.de iur.emph.in l.in exceptionibus. ff.eodem tit. de prob.& in l.in ciuile. C.hoc eod.tit.nostro,de rei uind. ubi & Ang.
315 ratio est in promptu, † quia cum possidere sit facti. Bald.in l.fin.in
316 princ.C.de edict. Diu.Adr.toll. † facta nõ præsumuntur, nisi probentur.l.in bello. §. facta. ff. de capt. & post. re. l.fin. C. de fidei. Bald. in rub. C.de fide instr. meritò negans se possidere, probare non tenetur, quod negat; Ex quo habet præsumptionem pro se, quòd re vera non possideat, & contrarium incumbat eum possidere dicenti.l.cum Pater.§.Rogo ibi nõ offendent.ff.de leg.2.l.Quicunque.C.de apo.pub.lib.10.Alex.cons.190.col.6. lib.6. quòd & manifestè demonstrant uerba ibi subsequentia, vbi Iurisconsultus postquam dixerat, Licere alicui dicere se non possidere subdit,
317 † Itaut si poterit aduersarius probare rem per negantem possideri, transferat in se possessionem: Dictio enim illa, itaut est restrictiua, & limitatiua præcedentium; statque restrictiuè,ibi ut mox referetur; Nec putet quispiam vanam esse hanc disceptationem, etenim multum expedit scire naturam harum dictionũ negatiuarum, tùm ad interpretandum iuris axiomata, tùm ad coniecturandum legislatorum, & contrahentium uoluntatẽ, qui multoties per hæc ęquipollentia uerba loquuntur; Et ad sciẽdum explicare regulam
318 illã, ut † nil referat, quid ex æquipollentibus fiat; de qua in l.mulier, ff.ad Senatusconsult. Trebel.l.Si mater. ubi etiam gloss. C. de instit.

institut. & substit. argumentum enim ab æquipollentibus est locus Topicus: Quod & ad multa infertur, Primò, vt cum pro negante pręsumatur, † negans se commisisse delictum, eo excusetur, & præsumatur non commisisse; Quòd vt commiserit non probetur, quia delictum non præsumitur. l. meritò. ff. pro soc. Bart. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de op. nou. nun. Alex. consf. 24. num. 23. lib. 2. Iasf. in l. Rogasti. §. si tibi dedero, num. 6. ff. si cert. pet. restringendo tamen, nisi negatiua affirmatiuam implicitam haberet, de qua vti de affirmatiua iudicatur. l. Nec codicillos. C. eodem. Alex. consf. 92. lib. 5. Aret. consf. 86. col. 2. Paris consf. 95. col. 2. lib. 3. & l. ei qui eod. tit. de prob. Fundatam etiam in negatiua habet intentionem, qui petit sibi dari hæreditatem, vti proximiori illi, quem sine liberis decessisse allegat, † Eo enim ipso quod dicit obijsse sine liberis fundatam habet intentionem, & negatiua ipsa probata intelligitur, Quòd cum liberis exaduerso obierit, non probetur. l. ex facto. §. si quis autem in fine, & ibidem Bart. & Angel. ff. ad Senat. consul. Trebell. & in l. qui duos. §. cũ in bello. ff. de reb. dub. Alex. consf. 29. vol. 2. nisi alius possideret. Gabriel. in tit. de prob. nu. 23. concl. 6. pari ratione, † & qui petit ab emphiteuta liuellos non solutos, qui ex eo solùm, quòd producit inuestituram, in qua conspicitur debitor quòd fuerit cessans & morosus in soluendo probatum dicitur, gloss. magna in l. 3. C. de iur. emphit. Alex. consf. 101. lib. 2. & consf. 4. lib. 4. Gabriellus vbi supra. Imola in cap. Potuit, num. 54. de locato. Crau. consf. 1. num. 10. lib. primo. Quod maximè procedit in casu nostro, in quo in eo, † in quo quis depræhenditur mendax, pœnam suæ proteruitatis reportat, quia transfertur ab eo possessio, ex abundè superiùs allegatis.

319 320 321 322

Et sanè indignum esset † ex sola negatione, quæ iusta esse potest, quẽ suo iure priuari, pœnamq; priuationis rei suæ pati; Cum leges, licet puniant mendacium, & iniustam negationem, tamen quousque quem fuisse mentitum, non probetur ipsum defendant, & malint, † Nocentem absolui, quam innocentem condemnari. l. Sancimus. C. de pœn. & lex bonum de homine præsumit, usque quo malum eum depræhendat. l. meritò. ff. pro soc. Spec. de test. §. 1. vers. Sed si dicatur illud pro elucidatione præsentis materiæ.

323 324

Prætereundum non duxi, quod (vt iam dictum est) responsum

hoc breue in sermone prolixum in substantia multa significat, &
singulum verbum, singulum mysterium enunciat; scite nanque
Iurisconsultus posuit hic verba illa, vt liceat quidem alicui dicere
325 non possidere, nec dixit vt cuiquam liceat, quoniam cum † relatiuum
istud quisquè uniuersale sit. §.ideo autem, instit. tit. de seruit.
cap Si quisquam. 11.q.1. & vt apud Ciceronem ad Terétiam, ibi,
nisi vos fortiores cognoscerem, quam quemquam uirum.& nulla
326 alia sit differentia,nisi quod dictio † quispiam,quæ æquipollet,dictioni,
Qualibet est nota distributiua, dictio aût, Omnis collectionem
327 nem inducit. gloss.in l.si pluribus. ff.de leg.2.† Et dictio,Omnis in
alio nõ differat à dictione, Totum; Nisi quod omnis ad numerum,
vt omnis grex, ut apud Horatium: Omne cum Protheus perus
egit altos uisere montes: Totum verò ad quantitatem refertur, &
totum dicitur corpus aliquod integrum, ut tota domus, & totum
circa eadem rem, in l.si onus.§.Pactus.ff.de pact.Vnde cum homo
constet ex anima, & corpore sublata anima, totus homo quinimmo,
328 mo, nec homo dicitur factus est locus, † Græco illi prouerbio,
σῦκα μερίζειν. Hoc est ficum diuidere, quia si diuidatur ficus non est
amplius ficus; & de quo apud Martialem lib.7.epigram.in Callidorum,
dorum, & exempla ponuntur,etiam à Tiraq. de retractu consang.
§.1.gloss.2.nu.15.omne de vniuersis distinctis; licèt & aliquando
confundantur, vt totum pro omni, & omne pro toto accipiantur,
vt apud Cic.in Orat.pro Quinctio.Pulchra de istis dictionibus videri
possunt apud Soc iun. in l.Hæredes mei.ff.cum ita. nu. 1. & 2.
ff.ad Trebell.vbi & quid sit distributiuum duplex,ut quid simplex
elegantissimè ponit, & aliquando singulari sermone omnis dice-
329 tur, totus Homo, hoc est omnes homines,† Non omnibus negare,
licèt sed illis duntaxat,qui tuta cõscientia id agere ualent; Etenim
si quis negat se possidere, quod reuera possideat, credens fortasse
330 contrarium probari, non ita facilè posse non licet, quia † bonam
fidem agnoscere tenetur, Et quamuis liceat, tamen non
expedit pro salute animæ, & in foro conscientiæ tenetur, qui ma-
331 gis pauendus est. † Et multa in foro exteriori licét,quæ in interio-
332 ri haud conueniunt, † & multa licent quæ non expediunt.C.aliud
quidem,de pœn.dist.1.in Spec.de testam.§.10.uers.multa,& multa
vna via licent, quæ alia prohibentur. Cyn. in l. quoties. C. de
iud.

iud. & in auth. & cõsequenter q. 2. C. de sent. Bart. in l. 1. ff. de auct. tut Dyn. in regula cum quid, in 6. & licitum, atque illicitum aliter iudicantur in foro Cæsaris, aliter in foro conscientiæ. Inno. in cap. plerique. de renunc. Non sunt uiæ meæ, viæ vestræ, & cogi- 333
tationes meæ, cogitationes uestræ, inquit Propheta, Ego cogito *Esai. 24.*
cogitationes pacis; Quod & ex vi verbi illius alicui depræhendi- *& 25.*
tur, † quòd cum sit nota coniunctiua, seu relatiuum coniunctionis 334
habet vim pluralis locutionis, licèt singulariter ponatur. Can. in clem. 1. de Præb. vbi si Summus Pontifex mandet prouidere Titio de aliqua dignitate in tali Ecclesia, si non sit, nisi vna dignitas de tali dignitate non censetur ordinata prouisio, quia dictio illa aliqua, in ea non verificatur, quæ plura requirit, & vnica sub verbo aliquo non cõprehenditur, quia ad sui verificationẽ, requirit unam ex pluribus, nec tamen verificatur in omnibus, cum aliquis dicatur, quasi alius quis. † Et quamuis uerbum licet sit con- 335
cessiuum, & impunè concedat aliquid fieri. Bart. in l. stipulatio ista. §. Hi qui. ff. de verb. oblig. itaut, qui facit actum sibi à iure concessum, pœnam aliquam seu ciuilem, seu criminalem non mereatur, vulgata lege Gracchus, & quæ ibi notantur à Doctoribus. C. ad leg. Iul. de Adult. tamen non ita concedit, vt declaret † licitum es- 336
se, quod intrinsecus latet, ac concedat quòd tuta conscientia fieri non debet. Namque iam diximus legem humanam deriuari à diuina, nec licitum esse quicquam ex lege humana, quod ex diuina lege non concedatur, quæ intrinsecus iudicat, & animas ligat, & ex hoc credo † Themidem, quæ Dea putabatur, quæ præciperet 337
hominibus petere, quod fas est, vt inquit festus quæque vetustissimum Oraculum in Bæotia apud Cęphisium, Amnem habitabat confictam fuisse cœli, & terræ filiam, & quæ Iouis nuptias fugiens ab eo in Macedonia compressa fuit; quia nil debet præcipere lex humana, quod diuinæ legi consonum non sit; etenim Veritas de terra orta est, & Iustitia de cœlo prospexit, dicitur; & in oratione *Psal. 84.*
Dominica, Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra.

Vnde cum diuina lege, quæ immaculata dicitur, conuertens 338
animas, Testimonium fidele, sapiẽtiam præstans paruulis, quem- *Psalm. 8.*
quam decipere non liceat, nec per legem ipsam humanam, etiam quòd probari non valeat, inficiari nõ licet, † Et Ethnicum Pro- 339

factò est illud Cæsaris, si pietas violanda est regnandi gratia, violanda est. Plura de licito, & honesto videri possunt apud Cagn. in l. Semper in cõtractibus. ff. de reg. iur. vbi damnat improbissimam consuetudinem illorum Principum, qui volebant à nouis nuptis, prima [illegible]mmagia habere in terris suis.

Et propterea sapienter dixit, licere alicui dicere se non possidere, nec dixit, cuiquam cum etiam Prisci illi Romani, licet ethnici,
340 † vtile ab honesto seiungere non valuissent, qui oblatam occasionem à profuga Pyrri, Necandi Pyrrum dato sibi præmio respuerunt, ex quo licet esset vtile, honestum tamen non reputarunt, ut inquit Cic. Offic. 3. Et de eod. Senatu Romano referente Maximo in tit. de Iustitia legitur, Quod quia Consule Camillo Phaliscos obsedissent cum ludi magister plurimos, & quidem nobilissimos eiusdem loci pueros, veluti ambulandi gratia è ludo inductos in Castra Romanorum produxisset, quibus interceptis dubio procul Phalisci deposito bello dedituri se essent Populo Romano Re cognita à Senatu, pro magna honestate censuit, vt pueri uinctũ magistrum virgis eum cædentes in Patriam remitterent, qua iusti-
341 tia permoti Phalisci; † Quorum mœnia vi expugnari non poterant tali honestate, ac beneficio permoti; Magisq; beneficio, quàm armis victi, Portas Romanis aperuerunt.

Atqui sicuti Lex admittit iustam negationem, liberatque inficiantem ab vlteriori vexatione, ita in odium ipsius mendacis, eximit aduersarium ab vlteriori Dominij probatione, & de reo negante in Actorem possessionem transfert ad hoc, vt Actor, & reus
342 à pari iudicentur, æqualitasq; inter ipsos seruetur, † Et idem operetur oppositum in opposito, quòd propositum in proposito. l. qui
343 filium, & ibidem Alb. ff. de leg. 3. † Et qui iniustè se possidere negauit, fiat de possessore petitor, & actor de petitore possessor; quòd & mirabiliter inducit hic Iurisconsultus, Dum postquàm dixerat in rem actionem pati non compellimur, quia licet alicui dicere se non possidere, subijcit verba illa magnæ significationis, & restrictionis nempè; ita ut si possit Aduersarius conuincere rem ab Ad-
344 uersario possideri transferat ad se possessionem, hoc est, † fauemus ipsi reo conuento neganti, donec & quousque ipsum mentitũ fuisse deprehendimus. Quod si mendax postmodum detectus fuerit

eidem

eidem, quod concesseramus auferimus, magno eius damno, ac detrimento, & Actori auxilium nostrum impartimur, quod expressè colligitur, ex verbis ibi subsequentibus, itaut quæ stant restrictiuè, & restringunt, & determinant præcedentia. l. Lucius. §. Qui habebat. ff. ad Senatusconf. Trebellianum. l. libertas. §. 2. ff. de man. test. & habetur in l. quidam testamẽtum. ff. de leg. 1. Vt ita demum Reus in rem actionem pati non compellatur, si iustè negauerit; At si iniustè, ex tali negatione possessione priuatur, quæ de eo in Actorem transfertur; Et notandum est, quod dicit hic si poterit, quia natura verbi, † Potest, est includere difficultatẽ, & enitentiam 345
quandam, eniti enim est; multo labore aliquid perficere, quòd & expressè demonstrant verba illa Maronis Æneid. 1.

Anthenor potuit medijs elapsus Achiuis.
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus.
Regna Liburnorum, & fontes superare timaui. & in 6.
Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus.
Threitia fretus Cithara, fidibusq; canoris. & alibi.
Non omnia possumus omnes.

Quodq; talem habeat energiam, uerbum istud potest, faciunt 346
verba Saluatoris ad filios Zebedei, quos sedere vnum à dextris, & *Matt. 20.*
alium à sinistris in Regno Christi mater petierat, potestis bibere *Marc. 9.*
calicem quem ego bibiturus sum, cui responderunt, possumus. 347
† Atqui omnia possibilia sunt credenti, dicitur † difficilè est pro- 348
bare quem possidere, per tradita à Doctoribus in l. cum res. C. de prob. Crau. conf. 554. vers. eod. Spec. sub num. 3. lib. 3. ubi & Dominij probatio difficilis est.

Igitur, Actor probando negantem rem petitam possidere, & sic hanc difficultatem superando, duo consequetur; Alterum, vt negans de suo mendacio in amissionem possessionis rei negatæ, quæ de eo in ipsum Actorem transfertur puniatur; Alterum, vt actor ipse in probando reum possidere releuetur in altero, ut postmodum se dominum rei negatæ probare non teneatur, etiam quod alias teneretur.

Ex quo etiam superius allatum Theorema colligitur, † vt lex 349
duplici onere quẽ prægrauari nõ sinat. l. eũ qui. ff. de iureiur. Ceph. præceptor meus conf. 448. n. 21. lib. 3. Bar. Bal. & alij in d. l. eũ qui,

Et sic

Et sic descendimus modo ad aliud superiùs propositum axio-
350 ma nempè, † ut ueritatem negare graue scelus sit, & quod lex si-
cuti ipsi veritati obsequitur; ita in mendacio deprælıensum odio
prosequitur acerrimo.

351 Et sanè quid veritate præstantiùs? quid viro bono suauiùs?
352 & è conuersò, quid mendacio detestabilius? & quid improbo ho-
353 mine perniciosius? † Sic aduersatur veritati mendacium, uti bo-
354 nitati malitia, & sicuti castitati luxuria, † per veritatem Christo
Leuit. 11. Saluatori nostro comparamur; qui propter ipsam venit in mun-
355 dum, & qui dicebat, † Sancti estote, quia ego Sanctus sum; Per
Ioann. 8. mendacium Diabolo similes reddimur, Christus volens hoc in-
cutere turbis, & Iudæis dicebat, & vos ex patre Diabolo estis, Et si
dixero quia non scio eum, ero sicut vos mendax. Socrates sapien-
tissimus Oraculo Apollinis reputatus, mori maluit, quam cum
mendacio se excusare, Cic. lib. 1. de Orat. Laertius in Socrate.

Vt igitur tantum sciamus vitare contagium, in ipsius mendacij
356 detestationem, sermonem dilatare aliquantulum liceat, † & cum
mendacij prauitas, facilè per eius oppositionem ad veritatem,
cognoscatur quid sit veritas, & in quibus consistat, sedulò in-
dagemus.

357 Igitur † Veritas (teste Cicerone Authore grauissimo, in 2. de
Iuuent.) est per quam immutata ea quæ sunt, vel ante fuerunt, vel
futura sunt esse dicuntur, ista mutare mentiri est, cap. Beatus. §. il-
le ergo 22. q. 2. Notatur in l. de ætate. §. si cum esset. ff. de inter. act.
358 † ipsam rei existentiam veritatem appellat. glossa in auth. de fid.
359 inst. in prin. & Alc. resp. 301. nume. 7. & seq. † æquationem rei ad
360 intellectum, † Veritatē dicit Philosophus; Viam latam per quam
omnes transeunt, eam nuncupat. Barbat. in c. Pastoralis, num. 57.
de rescr. alias definitiones adducit Alex. cons. 56. vol. 4. Bald. con-
sil. 352. Materiam feudalem, ad fin. lib. 1. ait Veritatem verum
esse, & verum dici.

361 † Igitur mendacium erit per quod mutata ea quæ sunt, uel an-
te fuerunt, vel futura sunt esse dicuntur, & definitur à Diuo Augu-
stino in lib. contra mendacium; Vt sit falsa vocis significatio cum
intentione fallendi; ita mendacium declinandum est, vt veritati
semper initi ab eaq; nec in minimo quidem deflectere debeamus,
tam-

tamquàm ea germanę nostrę naturæ sit à natura ipsa, ita nobis insita, ac complantata, & sensibus quoque nostris infusa; Vt circa eam, † ij neutiquam decipi velint, Quod & ex eo Isaac optimè 362
conspici potest, quem Esau mentitum fuisse manus fallere potuerunt, vox autem minimè; sanequam † cum quodlibet animal na- 363 Gen.27.
turali aliqua proprietate glorietur, & in qua maximè delectatur, (secundum Philos.in Polit.) † hominis prærogatiua est intellige- 364
re; quod est ei commune cum Angelis. Quod & intelligere voluit Virg. Æneid.6. dum dicitur.

Igneus est ollis vigor, & cælestis origo.

Tale intelligere in nullo alio consistit, nisi in veri ipsius cogni- 365
tione, cui arrident uerba Diui Augustini in Enchiridio. † Fecit 366
Deus rationalem creaturã, vt summum bonum intelligeret, summum bonum hoc est verum, quod est Deus. † Et sicut bonum est 367
obiectum voluntatis, ita verum intelligẽtiæ (vt inquit idem Philosophus Metaphys.1.) & sicut † potentia quælibet desiderat na- 368
turaliter suum obiectum, à quo perfectionem suã recipit (vt idem Philos.in 2.de Anim. & Ethic. 10.) ita intellectus ad veritatis cognitionem naturaliter inclinatur, vt inquit Cic. offic.1. & in Tuscul. Disput. ait. Inest. mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas veri, sciendi † Veritatem esse animæ pabulum: Inquit La- 269
ctantius diu.inst. lib.5.

Ita detestanda res est mendacium; ut Philosophus Elench. 1. 370
detegere quem fuisse mentitum, magnæ sapientiæ attribuat. Inquiens, sapientis operationem duplicem esse, alteram non mentiri, de quibus nouit alteram mentientem detegere posse, ex quo se- 371
quitur, † vt quicunque mentitur, sapiens non sit, † & è contra, qui 372
mentientem detegit iure optimo, sapiens iudicetur.

Et veritatem agnitam impugnare, peccatum in Spiritum san- 373
ctum committere dicitur; adnotata in c.quisque.11.q.3. & in c.1. de crim.fals.quicquid dicatur † obsequium amicos veritas odium 374
parit; nam veri amici, veris obsequijs, non assentationibus parandi sunt.

Ità veritati vsquequaq; inniti debemus, vt magna adhuc inter Doctores altercatio sit, † num Iudex, cuius est semper verum se- 375
qui, & veritatem ipsam compertam, enixis uiribus, amplexari,

tam-

tamquàm iudicij dominam, & quæ in omnibus principatum tenet, quæque iustitiæ mater est. Corn.cōs.239.videtur in littera.d. volum.2. & præ omnibus fortior cuique omnino seruire ipsi Iudices debent, vt inquit Cicero offic.1.& refert Neuiz. in sua Sylua nuptiali, in verbo, Est nubendum. fol. mihi 237. col.4. nec eam aliquo pacto labefactari permittat. Bertaz.cons.crim.532.num.3.
376 lib.2. † si ea aliter ei quam ex actis patescat, quam quæ ex actis ei nota sit, iudicare debeat, tamquàm vnica sit veritas, nec valeat diuersis modis esse diuersa, dicente Baldo, ex mente Boetij in l. pre-
377 cibus.nu.23.C.de impub.& alijs subst.† vt quod multipliciter ex-
378 ponitur eius veritas ignoratur, † & ignorantes (secundum Philosophum relatum ab eodem Baldo, ibi) sicuti longè distantes, speculantur: Quæstionem ponunt Doctores in l.illicitas.§.veritas.ff. de offic. Præsid. latè eam adamussim, pertractant pulchris exemplis exornando Didac.var.resolut.lib.1.c.1. relatus à Clar. q.66. vers.scias autem non iniucunda etiam adducit Ias.in §.minus. Instit.tit.de action. Neuizan. cons.34. ut solet sæpè Dynus, num. 6. Raymundus in summa, in verbo, Iudicare. Alex.de Ales in 3.par. Summæ. Richar. de media Villa in 3. quodl. lib.4. q.2. nume. 5. Host. in c.de offic.ord. Iunn. in c.Venerabili, de cons. Arch.in c.iudicet, per illum textum 3.q.7.D.Thom.in 2.2.q.64.art.6.latè eam pertractat; moreque suo eleganter examinat, Gellius Noct. Att. lib.14.c.2. vbi introducendo Phauorinum Philosophum, ea de re egregiè commentantem, concludit, Iudicem probationibus, quæ proferuntur, ita alligatum esse, vt reclamante etiam conscientia, eas omnino sequi teneatur, quò recti iudicis officio functus iure optimo dici valeat: Isthæc quidem opinio in iure nostro iactas habet radices, potissimum in d.§.Veritas, vbi cum Iurisconsultus,
379 expressè dicat, † Veritas rerum gestarum erroribus non vitiatur, & ideo Præses Prouinciæ id sequatur quod conuenit: Eum fidem eorum quæ probantur, sequi communiter concludunt Doct. & ex actis, & probatis, & non secundum conscientiam, quam habet iudex, vti priuatus iudicare teneri: Non dissimile dictum habetur in
380 cap.iudicet.11.q.7. vbi ex mente Diui Ambrosij dicitur, † Iudex sicut audit ita iudicet faciunt, cap. Si Sacerdos, de offic. ordin. & cap. Pastoralis. §. Quia verò, ubi Panor. sub num. 8. ponendo tripli-

† triplicem ſcientiam, quam qui poteſt habere nempè vti Deus, 381
vti homo, & uti Iudex, ſecundum perſonam, quam repreſentat,
iuxta & ſcientiam etiam ipſi perſonæ repreſentatæ, conuenientem
iudicare debet. Vnde cum † Iudex repreſētet perſonam publicam, 382
ſecundum probationes, quæ ei fiunt, uti publicæ perſonæ, ſicque
ommiſſa propria conſcientia, ſecuudum fidem geſtorum iudicare
obſtringitur; Sanequā Summus Pontifex ibi expreſsè dicit, quod
cum † ordinarius teneatur obſequi delegato, etiam ſi ſciat ſenten- 383
tiam ipſam iniuſtam, exequi nihilominus tenetur eandem, ſatis
infertur ceſſare peccatum quod non mandaret Summus Pontifex,
ſi piaculum contineret, † Qui Auctor peccati non eſt, & de quo in 384
Petri perſonam dictum eſt à Domino: † Oraui pro te Petre, ne de- 385
ficiat fides tua, allegat & gloſſam irrefragabilem in c. 1. in uerbo, *Luc.* 22.
ſecundum quod Canones eodem tit. de offic. ord. hæc eadem opi-
nio probatur, ex Tex. in l. eadem ratione ff. de furt. Augent prædi-
cta, quia ſi ommiſſa fide geſtorum, ſecundum propriam conſcien-
tiam Iudex iudicare teneretur fruſtatorium eſſet appellationis re-
medium, † Quod cum detur aduerſus Iudicis iniquitatem, ſitque 386
præſidium innocentiæ. l. 1. ff. de app. c. ad Romanum. 2. q. 6. c. cum
ſpeciali. §. Porro eodem tit. de app. Soc. conſ. 195. col. 2. vol. 2. ex
eiſdem actis, ea poſtmodum iuſtificari non valeret, ex quo quod
liquet iudici primo, Iudici appellationis poſtmodum minimè li-
queret, dicente etiam Diuo Ambroſio ſuper Pſalmos, † bonum iu- 387
dicem nihil ex arbitrio ſuo domeſticæq; propoſito voluntatis fa-
cere, ſed iuxta leges, & iura pronuntiare debere ſtatutis iuris ob-
temperando; hanc eandem opinionem tenet Bart. in extrauagan.
ad Reprimendum, in gloſſa, in verbo, de plano, Rom. conſ. 519.
Orian. in c. quoniam contra, in verbo interloquutoriæ, & appel-
lationes, num. 17. refert, & ſequitur Caſſad. deciſ. 12. ſuper reg.
Canc. num. 8. cum ſeq.

Et cum Iudex publico fungatur munere, quæ publica ſunt, non autem, quæ ſibi vti priuato, & quæ iuſtificari non poſſunt, ſanè quam ſequi debet, & cui commiſſa eſt cauſa, vt ſecundum veritatem eam iudicet, ſecundum legem fori, & nō ſecundum conſcientiam iudicare debet. Bald. in l. Iuſtitia ff. de iuſt. & iur.

Hanc eandem opinionem tenent Ioannes antiquus gloſſator, in

K d. c. Iu-

d.c.Iudicare, & cum eo Host. in c.2.de offic.ord.& in c.Bonæ 2.de postu.Prælat. Innoc. in cap. Venerabili, de conf. eandem sequuntur ex Theologis Alex. de Ales in 3. Parte Summæ. Rich. de media Villa in 3. quodlibeto, q.25. Clar. d.q.66. vers. Scias autem, qui allegando. Imol.in Clemen.Pastoralis.§.quia vero, num. 49. de offic. deleg. & Menchiac. controuers. illustr. cap.13. nume.1. communem dicit.

Eandem etiam vti communem, tenet Raymundus in sua Summa, ut sup. expresse enuncians, quod quando agitur in forma iu-
388 dicij, Iudex potius † secundum allegata, & probata, quam secundum priuatam eius conscientiam, sententiam ferre tenetur, eidem opinioni assentit Felin. in d.§.Quia verò, nu.23. eam tamen multipliciter limitando, vt ibi; eandem tenet Andreas Siculus in cap. Cum etenim, de re iud. in sexto, vbi asserit quod iudex semper gerere debet in mẽte, quod Diabolus fecit sibi illam cõscientiam priuatam, & quod posuit sibi phantasmata, quæ tamen non sunt vera, vt ipse iudicaret: Et iustitia est mensura, quam Deus statuit super terram, per quã pauper à diuite, & verax capitur à mẽdace, vt inquit Philosophus relatus à Bal. in d.l.iustitia, in fine.ff.de iust. & iu. Hanc eandem opinionem sequitur Ias. in §. Si minus, nu.15. Inst. de action.

Verum contrariam opinionem sequentes, mouẽtur potissimùm
389 præcepto Domini dicentis, † Non suscipies vocem mendacij, nec
Exod.23. sequeris turbam ad faciendum malum; Nec in iudicio plurimorum acquiesces, ut à veritate deuies: Ad plurimorum itaque iudicia acquiescere, turbamque sequi ad faciendum malum, quid aliud esset, nisi reluctante conscientia, errore gestorum contra veritatem iudicare? dicente etiam Diuo Augustino in lib. de mendacio, quod cum innocentem, & iustum scienter condemnare, sit secundum se malum, & cum malitia conuolutum, nullo pacto po-
Prou.12. test benè fieri, qualitercunque probatio intercedat: Et qui quod nouit loquitur, Iudex iustitiæ est; qui autem mentitur, testis est fraudolentus.

Insuper cum nemo ante iustam, veramq; probationem quemquam iudicare debeat.c.nullum 30. q.5.cap. si quis. 86. distin. & capit. eorum qui dicta, 11. quæst.3. si Iudex contra veritatem sibi haud

haud ignotam, licet fidei gestorum contrariam iudicare teneretur ante iustam, veramq; probationem, quinimmo contra ipsam veritatem, quæ sibi licet priuato cōstat, utiq; iudicaret, contra etiam dictum Philosophi Ethic. 1. † vt nullum verum sit contra uerum, 390
sed veritati omnia consentiant; & habetur in l. si hęredi. §. Pluries. ff. de con. inst. dicit & Raynal. Rodulphus inter cons. crim. diuers. cons. 157. num. 6. Tom. 1. Igitur præstat contra fidem gestorum, potius quam contra veritatem agere, quia † maius est peccatum 391
ex genere, quàm ex circumstantijs.

Et cum scriptum legatur, † Per me Reges Regnant, & Legum 392
conditores, iusta decernunt iudicando, Iudex loco Dei iudicat, *Prou.* 8.
& qui cum semper iudicat in ueritate, ac pro ueritate, secundum *Thob.* 3.
illud, Iustus es Domine, & omnia iudicia tua uera sunt, Igitur vt *Psal.* 118.
tamquam bonus Dei minister iudicare dicatur, cum eo se conformare, & veritatem ipsam sequi debet. cap. cum æterni, de re iud. in 6. Et veritas tenenda est reiectis auctoritatibus Doctorum. l. 1. §. cumque omnia. C. de vet. iur. enucl.

Quod & priscis illis Imperatoribus, ęquum visum est, dum in l. rem non nouam. C. de iud. expressè dicunt, † iurant omnino Iu- 393
dices sese cum veritate iudicium dispositoros concordat. cap. Postulatus 3. q. 7. vt cum non debeamus ante iudicare, quàm ad conscientiam nostram reuertamur, & quod placet Deo dirimamus, cui dubium quod Deo veritas placet? quique ut præmissum est, semper in veritate, & pro veritate iudicat, † Et tunc vera est abso- 394
lutio Præsidentis cum interni, sequitur arbitrium Iudicis. c. tunc vera. d. 11. q. 3. † Iudicareq; non debet quisquam in alio, quod in 395
se ipso iudicari non uellet. l. 1. ff. de solut. Bald. in l. iustitia. ff. de iust. & iur. in fin. vbi dicit illud esse Arbitrium in alio æquū, quod bonus vir optat in se ipso, & in l. vnica. C. de his quę pęn. nom. Rom. cons. 55. si volumus. nu. 1. Barb. cons. 68. Præclarè scriptum lib. 1. Tiraq. de vtr. retract. num. 1. §. 1. & cui dubium quod quis contra ea quę vera sunt, licet secundum fidem gestorum contra se iudica- *Prou.* 3.
ri non vellet? Igitur, † Misericordia, & veritas te non deserant 396
(inquit Sapiens) subdens: Circumda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam, & disciplinam bonam, coram Deo, & hominibus; Pro quibus repromittit, & Deus bo-

Prou. 16. norum præparationem; & alibi † Misericordia, & veritate redi-
397 mitur iniquitas eorum, & discimus improbi, & scelerati homi-
398 nis esse mentiri, quandoquidem † & olim Symandrus Ægyptiorum Rex, iudicibus veritatis effigiem collo appensam sculpi volebat, sibiq; persuadere non poterat, quo pacto quisquam, salua iudicij religione vanam, falsarum probationum, & actorum persuasionē, sequi possit; Quibus certè uidet, & intelligit veritatem subuerti, & non potius propriam conscientiam, quæ est ei mille testium ad instar sequi.

399 † Demostenes certè non timuit, absurdum dicere Aristigitonem, cuius iam nota erat improbitas, priuatim damnatum fuisse ab omnibus iudicibus, etiam priusquàm esset aliquid in iudicio gestum: Et porro, si propter ipsam veritatem acta ipsa iudicialia adinuenta sunt, Ecce non veritatem ipsam, quæ finis est, sed acta ipsa sequi volumus, quæ propter finem sunt?

400 Tullius, in Oratione pro eodem Fonteio nolens, nec in rem quidem obscuram iudicē timere, & pauere sequi cuiuslibet probationis fidem, nec statim credi, quæ à testibus dicuntur, ex aliquo tamquàm Oraculo dici asserit, ita neminem tam stultum fore, qui non idoneus sit iudex, modo surdus non sit.

In hanc sententiam ex Theologis descenderunt Clauasius in sua Summa in d. verbo, iudicare, vers. 7. Nicolaus de Lira super Exodum c. 22. Aret. in §. Pupilli, vers. in glossa 1. in fin. nume. 3. Inst. Quib. mod. tut. fin. hanc eandem Glossa, allegans Vgonem in d. cap. Iudicet. Ad cap. illicitas. §. veritas respondetur ex textu illo, non vtique colligi, quod secundum acta, & probata iudicandum sit ommissa conscientia, sed in re ita obscura proximum esse, vt sequamur fidem probationum, si tamen erroris, & mendacij non conuincantur, prout & in hunc sensum accipiuntur, verba d. l. eadem ratione. Ad cap. iudicet, idem aptatur, sicuti & Doctrinæ Bal.
401 in d. l. iustitia, nisi vellemus dicere, Bal. ibi hallucinatum fuisse, † vt veritate aliter non comperta, Iudex prout audit, ità iudicet. Ad d. c.
402 Pastoralis. §. Quia verò respondetur, ibi intelligi de † mero executore, cuius non est cognoscere, sed exequi, secus in cognitione causæ. Non obstat demum, quod si ommissa fide gestorum, secūdum propriam conscientiam Iudex iudicare teneretur, frustatorium esset

ſet appellationis remedium, quod datur oppreſſis contra iniquitatem Iudicis, quæ iuſtificari actis profectò debet. Quoniam reſpondetur iudicem de hoc curare non debere; Cum innitatur auctoritate Dei, Deumq; habeat pro ſe, † Qui cor interrogat, & non 403
manum. cap. ſi quod inuenit, 14. q. 5. & ſinat per alios, quomodo malunt fieri, Et porro dicere in iudicando potius, ſecũdum fidem geſtorum, quàm ſecundum conſcientiam, ſententiam eſſe ferendam, quid aliud eſſet quàm dicere potius falſum, quàm verum ſequi oportere? Vnde in tantorum virorum, atque opinionis anfractis dici poteſt, illud Virg. Æneid. 1.

Apparent rari Nantes, in gurgite vaſto.

Atque non defuerunt qui volentes vtranque opinionem defendere, fœdere diſtructionis, eas conciliare conati fuerint; Vt prima quidem opinio in Iudice ſubalterno, quique Tribunali præſtet, & ſuperiorem recognoſcit, procedat ſecunda, † in Principe ſupre- 404
mo, qui cum legibus ſolutus ſit. l. Digna vox. C. de leg. ſecundum rectam eius conſcientiam, tamquàm Deus ommiſſa fide geſtorum iudicare poteſt. Bart. in l. 1. C. vt quæ deſunt Aduoc. Felin. in c. in cauſis, de re iud. Tiraq. in Reg. fall. in verbo, Iudex.

Fuerunt etiam alij qui dixerunt, poſſe quidem Iudicem, etiam ſubalternum, abſoluere quem ſua conſcientia, licet priuata, innocentem cognouerit, quem tamen fides geſtorum nocentem facit, ſed non condemnare. Calder. in d. c. ſi Sacerdos, Non defuerunt, qui & hoc caſu aſſerunt, † Iudicem ſi habet ſuperiorem, & poteſt 405
debere reſcribere Principi, Qui cauſam alteri delegabit, ipſumque fortaſſe, hoc faſce leuabit, vt pariter cõmunem dicit idem Imol. in d. §. Quia verò, num. 49. in fine, & refert Clar. quo ſuperiùs allato, loco, Vel renunciare Magiſtratui; Quod ſi non petent iudicando, ſecundum acta, & probata non peccat, huiuſce opinionis fuit D. Thomas in d. 2. 2. q. 7. art. 2. pro qua videtur facere. Tex. in d. §. quia verò in fine, qui dicit tali caſu teneri, diligẽtiùs teſtes examinare, meliusq; alias probationes diſcutere, quo occaſionem liberandi innocentem, habeat Exemplo Danielis, qui pro liberan- *Dan. 13.*
da Suſanna à falſo crimine adulterij, & impicto, In medium prodijt, & falſos teſtes diligentiùs examinando, ad contrarietatẽ eorum dicti inter ipſos adduxit, ſicq; Suſannam liberauit: Quod ſi

non

non poterit, minusve causam ipsam ad superiorem remittere ex fide probatorum, quæ habet contra priuatam eius conscientiam faciendo, haudquaquam peccat, † quoniam non vtique ipse inno-
406 centem condemnat, sed falsi testes quem sontem eum ipsi detule-
407 runt. † Ad instar, carnificis, Iudicis iniquã sententiam exequendo, non peccat; Quia eius non est discutere, sed exequi; Nisi etiam ipse carnifex intolerabilem errorem sententiam ipsam continere cognosceret, quia tunc abstinebit, ut Zosias abstinuit à decolando D. Iacobum; Eo quia cognoscebat manifestè eum esse contra iustitiam condemnatum; Alioquin excusarentur ministri illi detestabiles, qui iussu impiorum Tirannorum Martyres occiderunt, quibus obedire haud tenebantur ratione prædicta, & dicit Diuus Thom. in 2.2. q.64. in fin.

Verum neutra dictarum opinionum scopum attingit etenim, quoad Primum, quod dicitur de Principe intelligendum est de quocunque alio Iudice, qui itidem minister Dei est, & ad instar Dei in veritate, & æquitate iudicat; Quoad secundum, Si rescriberet Principi Princeps ipse fortasse causam ipsam alteri delegaret, cui cum rei innocentia nota non sit, secundum acta, & probata eum iudicaret, sicq; innocens damnaretur, & in culpa esset Iu-
408 dex ipse dimittens: Et † melius est (vt superiùs dictum est) nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare. l. Absentem. ff. de pœnis contrafacietque. cap. eum qui scandalizauerit, de reg. iur.
409 in 6. secundum quod † Vtilius pati scandalum permittitur, quàm quod veritas relinquatur. Ad illud de triplici scientia, vt nempe quis secundum scientiam quę ei competit, iudicare teneatur, sicq; Iudex secundum scientiam quam habet, vt Iudex omnino ius dicere, haud pertimescat respondetur, & scientiam quam habet Iudex vti priuatus per propriam conscientiam competere, ei vt iudici, cuius est verum sequi modo, sit certa, & indubitata, vt Pan. notat in d. §. Quia uerò, sub d. num. 8. quia sic est etiam ex mente Host. ibi, si contra veritatem iudicabit, sequendo fidem gestorum, non iudex punietur, sed homo.

Et licet tenentes contrarium d. cap. qui scãdalizauerint respon-
410 deant, Vt cum † veritas sit triplex vitæ, Iustitiæ, & disciplinæ, glossa ibi, Theologi in 4. sent. dist. 38. cap. prædictum loqui de veritate

ritate vitæ, ac disciplinæ,quæ nunquàm deseri debet; Non autem de ueritate iustitiæ; Quæ fide gestorum deseri potest. Doct.in c.vt constitueretur.dist.50. Alex. cons.56. in præsenti, num.1. vol.4.
† Cui arrident verba Baldi in l.1.num.52.C.de Confessis qui alio 411
respectu veritatē ipsam distinguitur, nempe ut ueritas triplex quidem sit, alia re, & consilio, alia consilio tantum, & non re, & alia re tantum, & non consilio, Re, & Consilio Veritas est, quando est ita in substantia veritatis, & in animo, & in uerbo, quando quis iurat de veritate dicenda, quàm certè scit: Consilio, sed non re, vt in iureiurando calumniæ, secundum quod iurans iurat dicere veritatem, de consilio animi; licèt fortè non sit rebus ipsis,& factis, & ideo responsioni factæ sub iuramento calumniæ, datur fides, quia id præsumitur esse uerum, ob quod dicimus etiam deierantem in responsione † ad positiones in foro exteriori de periurio 412
non puniri, sed solum Deum habere vltorem; per notata in l.2.C. de reb.cred. Mar. in suo Spec. par.6.act.4. num.17. licèt & in aliquibus locis secundum ius municipale conuictus de positione negata, & in foro exteriori, etiam de periurio puniatur, quamuis remissiuè, & non ita acriter; idem dici potest de iureiurādo propter calumn. dato. Re, & non cōsilio dicitur veritas, quando quis profert sermonem verum quem putat falsum. Bald. in l.1. num.52. C.de conf. † & ideo Iudex, qui in conflictu opinionum adhæret, 413
magis vni opinioni, quam alteri, debet in animo suo tenere sic se habere veritatem, ut scrupulus conscientiæ ei non remaneat.

At qui neç isthæc quidem opinio bono iure fulcitur. Etenim 414
benè quidem à ueritate uitæ, & doctrinæ nunquàm recedendum est. Verum si à ueritate uitæ, & disciplinæ recedendum non est, cur volumus posse recedi à ueritate iustitiæ ? cui æquè veritas tribui debet: Etenim æquè tribuitur Veritas foro, ac ueritati uitæ, & disciplinæ, dicente Imperatore ueritatē colimus; At qui si contra conscientiam iudicabit,sequendo fidem gestorum; Non iudex punietur, sed homo. l. Vnica. C. de dedit. lib. toll. Ratio est in promptu,quia †iustum pro vero passim in sacris litteris vsurpatur: 415
Iustas nuptias appellat Imperator ueras nuptias, Inst. de nupt. iustus dominus, uerus dominus. Cic.offic.1. iustus filius. hoc est uerus filius reputatur, ille quem quis sibi adoptat. l.2. ff. de adopt. 416

quod-

quodque iustum pro uero accipiatur; habetur in l. Paulus, & in l.Liberam.ff.de stat.hom.l.omnes, ibi, an uerae sint, ubi glossa exponit, idest iustae.ff.de rest.in integ. simile habetur in l. si fideiuss. ibi uerum debitorem.ff.de leg.1.

Rostonensis in sua Summa alteram opinionem affert, ut aut sumus in Criminalibus, aut in Ciuilibus; si in Criminalibus, aut in delictis ingerentibus pœnam sanguinis, uel aliter corporis afflictiuam; Aut pecuniariam, si in ingerentibus pœnam corporalem; Vtique secundum ueritatem licèt tamquâm priuato, notam ommissa fide gestorum iudicare oportet; Sin autem in ingerentibus pœnam pecuniariam secus: Et idem in causis Ciuilibus pernotata à glossa in d.§. Quia uerò, At nec etiam haec est bona conciliatio,
417 Nam si ueritas sequenda est, utique semper sequenda uenit, † quia ad hoc sunt institutae leges, ut per eas ueritas inueniatur, & finis earum promulgationis est Veritas. c. erit autem lex, ubi Anchar. Ioann. de Turrecrem. & alij, quarta distinct. Quid tenendum ? Clauasius in sua Summa, in d. verbo iudicare.§.septimo in distinctione, siue simus in Ciuilibus, seu in Criminalibus huic secundae opinioni adheret, & cum eo turba multa illud tamen sequendo secundam hanc opinionem maximè animaduertendum Arbitror prętextu huiusce ultimę opinionis non tribui licentiam iudicibus, ut suo arbitrio effrenataeque libidinis, uoluntate condemnent, uel absoluāt; Quoniā aliter incideremus in easdem difficultates, quas superiùs pro communi enumerauimus: sed ut ęquus sit iudex, Dei amator, propriaeq; conscientiae cōseruator, Reminiscatur quod forus conscientiae, dicitur forus boni, & aequi coniuncti, & tribunal Veritatis, & non fictionis, ut inquit Bald. in l.1. nu.6. C.de conf.

Sed cum tam in ancipiti sit, quid sequēdum, an fides gestorum; an uerò priuata notio, quam Iudex habet ipsius Veritatis; Quid dicendum de illis iudicibus, qui ueritatem ipsam modis omnibus eis patefactam, & agnitam despiciunt, iniquè iudicando, & contra ius statuendo ? Seu prece, seu precio, seu odio, seu amore ?
418 Proculdubio † iustitia eis fiet sine misericordia, † & qua mensura
419 mensi fuerint, remetietur eis; Quibus dictū est à Domino iustum
Marc.4. iudicium iudicate, & ita paruum audietis ut magnum, nec acci-
Deut.1. pietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est: Namque

Iudex

† Iudex dicitur, quasi ius dicens.l.1.ff.de iurisd. omn. iud. c.forus. 420
de verb.sign. siue, vt inquit Isidorus ethym.lib.17.c.1.Quod iure disceptet; & iure disceptare est iustè iudicare, vt ibi dicitur, Nec
Iudex dicitur, nisi in eo iustitia sit. cap. iustum.23.q.2. & ubi † Iu- 421
dex personarum acceptator est, non merita causarum, sed ipsarum personarum inspicit; non iustitiam, sed personam; non quod ratio dictet, sed quid voluntas affectet; non quid lex sanciat, sed quid mens cupiat; animum non ad iustitiam, sed iustitiam ad animum inclinat; non ut quod licet libeat: sed vt quod libet liceat; egenorum causas cunctanter intelligit; diuitum causis instanter incumbit; in illis rigorem, in istis mansuetudinem dispensat; illos difficulter audit, hos attentè auscultat; sit lucrum in arca, Damnum non curat in conscientia; pecunias suscipit, animam illaqueat; sępeque tantum causarum expeditionem cunctatur, vt tandem maiores sint litium expensæ, quàm fructus sententiæ; ignorans quod
† lites non debent propagari vt vites, (vt inquit) Iurisconsultus, 422
iuncta glossa, in l.non distinguendum.§.Quæsitum.ff.de rec.arbit.
Quodque † Iustitia non est constitutio nostra, sed Diuinus ordo, à 423
Deo nobis tributus, ad vinculum societatis humanæ conseruandum, in adiutorium multitudinis inuentus, ut inquit Sen.in lib.de Quat.Virt. & via ad æternã beatitudinem, & in hoc sæculo etiam ad perennem gloriam nobis parandam; dicente Propheta. Beatus
vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die enim mala *Psal.40.*
liberabit eum Dominus. Quæ & quando in pauperes, maximè exercetur, maius meritum habet.l.Illicitas.§.Ne seruus.ff.de offic. Præs.& tot.tit.c.Ne liceat.Pot.Quia est de illis quę plurimum possunt in his quæ minimum possunt. In auth.vt omn.obed. iud. prouinc. & merces illa, de qua Apostolus ait, stadiũ in quo currimus *Cor. 10.*
est vita præsens, terminus, Mors: Iustitia, merces, † estque for- 424
titudo Regnorum, & medium ad cõtinendum in officio, quascunque efferas nationes, frænumque populorum, vt ex eo Virg. Æneid.1. in persona Æneæ, ad Didonem Tyriorum Reginam.

O Regina nouam, cui condere Iuppiter Vrbem,
Iustitiaq; dedit gentes frænare superbas.

†Nanque perecũt leges auaritia iudicante, & Iudicem exuit, quiuis 425
amicum induit, vt inquit Cic. de Amic. Vsque ad mortem certa

L pro

Eccl. 4. pro Iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos (inquit Sa-
426 piens) ita Ethnicis ipsis cordi erat iustitia, † vt Cassius ille Iuris-
consultorum clarissimus, quem Populus Romanus verissimum,&
sapientissimum Iudicem putabat, identidem in causis quærere so-
427 leret, cui bono fuisset, vt refert Cic. in Orat. Pro Sex. Rosc. † ob
quod & Religionem in Iudice esse dicitur.l. 1.C.si tutor. vel curat.
fal. all. & propter veritatem ipsam perquirendam, elaborandam
est iudici,ut puram habeat conscientiam, quia quando habet im-
428 puram conscientiam multoties in Deo permittente errat. † Quia
propter peccata dubia causarum Iudex aliquando nescit dirimere.
Bald. in cap. Quia procurator.colum.6. de elect. refert Afflict.de-
cis. vlt. num.vltimo.

429 † Tanta est uis,atque potestas veritatis,ut ea,atque eius substan-
tia rerum hominum denominatione, haud immutari, ualeat:
Etenim si quis non in Castris notus filiofamilias aliquid donaret,
adijciendo, ut id in Castrensi peculio habeat; Castrense non erit.
l.si fortè.ff. de Castr. peculio, ibi veritatem enim spectamus: Et
clarè habetur in l. Cum falsa, vbi Bart. & Ias. C. de iur. & fact.
ignor. ibi cum falsa demonstratione mutari substantia veritatis
minimè possit. Respondendo id quod paternum erat, ex matris
esse bonis, nihil egisti, & colligitur, ex cap. constitutus, de relig.
domib. Nostrum namque affirmare, uel negare veritatem aliter se
se habere non facit.l.Assumptio.Ad munic. l.verba. C. de test. ra-
tionem allegat Bald.in l.Sicut, num.5. C. de repud. hær. quia na-
tura mentiri non potest. Quem ad hoc inducit Bal. in l.ex his uer-
bis, in fine.C.de testam.milit. & si quis dixerit rem suam esse alte-
rius, vt ita sit, non efficit. Dec.in l. traditionib. num.6. C. de pact.
idem Alciat.resp.258. num.8.cum seq. Quod veritas falsitati non
430 cedit. Rursus † si pater hæredem instituerit; quem falsa opinione
deceptus suum filium existimabat,institutio ipsa non ualet.l.si Pa-
431 ter.C.de hæred.instit. † sicuti obsequium,& manumissio Ancillam
censeri non facit, quæ est ingenua.l.ingenua.C.de ing.manumiss.
432 † Iustam enim oportet esse seruitutem, ut iusta sit manumissio. §.
fin.inst. de ingenuis; ita veritas partis assertione non immutatur,
433 cum † rescriptum per omnimodam falsitatem obtentum, nullam
prorsus tribuat iurisdictionem.l.præscriptione.C.si contra ius, vel
vtil.

vtil. publ. Et si pars rescriptum verum, seu preces ueraces esse fateatur, minimè valeat. Bald. in d.l. Præscriptione, num. 8. quem ad hoc refert Ias. ibi, num. 23. ratio est in promptu, † quia omne ve- 434
rum, est necessarium, † ita ut nec etiam Deus ueritatem à veritate 435
remouere posset (vt inquit Paulus) quia remouendo veritatem à veritate remoueret se ipsum, quod non est dicendum; quia Deus Veritas est, & Ratio. Veritas, & Deus æquiparantur. cap. Frustra, 8. distinct. Euer. in prob. sesquicent.

Non ob id tamen in aliquo detrahitur ipsi omnipotentiæ, sicuti nec quando dicimus, † In hoc se priuauit Deus, vt facta infecta es- 436
se non posset; & vt ad humanas res transeamus. † Pontificia aucto- 437
ritas rei ueritatem non immutat. Ioan. And. in Addit. ad Spec. tit. de instrum. edit. Et colligitur ex cap. Constitutus, de relig. Domibus: Etenim cum † Deus ipse unus sit, & quidem vnitate sim- 438
plicissima, nihil quod sit malum, aut iniustum facere potest, minus peccare, † quia malum facere posse, & peccare non potestas, sed 439
infirmitas, & boni deficientia dicitur, & ille solus uocatur omnipotens; ut inquit D. Augustinus, Qui peccare, aut malum facere non potest: & habetur in cap. Principium. §. Charitas, de pœnit. dist. 2. Fulgos. consil 61.

Quinimmo Christus Saluator noster, pro maiori expressione ipsius veritatis, dicebat, † Amen, Amen dico uobis; quod He- 440
braicè sonat, In ueritate, & per quod quæ uerè dicta sunt reminiscuntur, ut septuaginta Interpretes super Psalmos attestantur, & Amen dicitur, hoc est sine defectu; est notabile dictum gloss. in d. cap. Et si Christus, in uerbo Amen, de iureiur. & ibidem etiam Pan. Et verbum, In veritate, secundum aliquos relatos, à Decio in l. Qui pecuniam. nu. 5. ff. si cert. pet. vim iuramenti habet: idem Dec. in cap. quoniam contra, nu. 5. de prob. vbi pulchra dicit de ueritate. Bald. in Rub. C. Res inter alios acta, nu. 11. Ias. in l. idem duobus. §. fin. ff. de pact. refert Gabr. in tit. de conf. concl. 1. nu. 43. idem operatur clausula sincerè, & fideliter. & c. 1. ubi Gemin. post Ioann. And. de Sep. in 6. Pin. de bon. mat. par. 3. cap. 1. num. 13. Surd. decis. 225.

† Et dum dicitur Deum facta, infecta ut sint, efficere non posse. 441
Dec. relatus á Cagno. in reg. Verum, nu. 2. ff. de reg. iur. Non sit,

quominus Deus omnipotens non sit, sed quia Deus facere non potest, quæ cõtradictionẽ implicant, bene pōt per modum fictũ facta pro infectis facere, ut ibidem per Cagnolum, vbi respondendo auctoritati D. Hieronymi in epist. ad Eustochium relatam, in cap. si
442 Paulus 32. q. 5. vt cum omnia possit, Deus † suscitare Virginẽ post ruinam non potest; dici posse quidem Deum virginitatem corruptæ restituere, & ad statum ipsum virginitatis reducere per amotionem ipsius corruptionis, sed ad statum pristinę dignitatis ipsius virginitatis non potest: ita glossa in d. cap. si Paulus. licet Arch. & alij, ibi aliam expositionem adducant: & non potest ibi, interpretantur, non congruit eius potentiæ, ut aureola coronet corruptam, hoc enim esset contra eius iustitiam, dicit etiam glossa, ibi.

443 Quomodo autem per uiam fictionis lex possit facere, ut facta pro infectis habeantur, † cum fictio super impossibili non cadat. Card. in Clem. quod circa, de elect. Bart. & alij in l. si is qui, pro Emptore. ff. de vsuc. Dec. in d. reg. verum dicit: Et ibi Cagno. quod lex super impossibile in suo genere agere non potest, nempè ut filius sit maior Patre, aut furiosus consentiat, sed benè in indiuiduo.
444 Ioseph. Ludouicus decis. Perus. 53. num. 50. † Etenim cum fictio sit in re certa, contraria veritati pro veritate, assumptio Bart. in l. si is qui pro Emptore, num. 22. ff. de vsucap. Bald. in l. siue possidetis, num. 4. C. de probat. ad casum fictum extendi non potest, quia si extendi potuisset, vtique ueritas ipsa fictio efficeretur, & iam diximus nullum verum cõtra verum esse, sed veritati omnia vera consentire: Et an, & quando dispositum, in casu vero habeat locum, in casu ficto plenè Bart. in l. 2. de leg. 1.

Quinimmo fictio ipsa ratione naturali suadente super facto, & non super iure introducta, vt pro veritate ipsa habeatur, summopere contendit; per not. ab eodem Bart. in d. l. si is qui pro Emptore, & Bald. in d. l. siue possidetis, & ab eodem Bart. in l. Non dubium. C. de leg. Card. in d. Clem. Quod circa. q. 18. de elect. quod
445 & apparet, quia † duæ fictiones circa idem concurrere nõ possunt. l. 1. & ibidem Bald. & Doct. C. de dot. prom. ratio est in promptu, quia cum vnica (vt dictum est) sit veritas, sicuti duæ veritates esse non possunt, ita duæ fictiones esse nequeunt. Veruntamen fictio
446 ipsa licet sit cõtra ueritatem, pro ueritate assumptio, † tamen plus-

quam

quam ipsa veritas operari non potest, nisi sit dispar ratio in ambabus. Bart. in l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. Et non nisi in casibus qui ponuntur à Bart. in l. 1. §. hoc autem Senatus, nu. 3. vers. Quando veritas, & fictio. ff. Ad Senatuscons. Syllan. vel nisi simul cum veritate concurrat. Bal. & Ang. in l. 1. ff. de curat. furiosi, etiam secundum regulam traditam à Bart. in l. eius qui, nume. 5. ff. si cert. pet.

† Contingit & aliquando, quod verum non est augendę ipsius 447
veritatis gratia sermonem proferri, Quòd hyperbolè dicitur Cic. in Topicis exemplificat, vt muta loquantur, & mortui ab inferis excitentur, & vt apud Virg. Æneid. 1.

Multa gemens, largoq. humectans flumine vultum. & 12.
Qui candore niues anteiret cursibus auras. & 8.
At specus, & Cace detecta apparuit ingens.
Regia, & Vmbrosa penitus patuere cauerna.

& apud Homerum.

Frigidius glacie pectus Amantis erat.

Hyperbole vtuntur, & Iurisconsulti nostri, vt in l. 1. ff. de pactis, vbi gloss. l. ex empto. C. de trans. Et Guil. in l. 1. C. de sacros. Eccl. loquēs de hac hyperbole, inducit eam ad notabilem quæstionem, illius qui vendendo equum, dixit, vendo tibi hunc equum de melioribus qui sit in Insubria, cum tamen verum non sit, an teneatur Emptori de euictione, & concludit non teneri † quasi hyperbolicè locutus: & hyperbolè excessus veritatis dicitur. 448

Vim non modicam enunciandi ipsam veritatem, habet interrogatiua verborum conceptio: † Quæ non modo exprimit ipsam 449
veritatem; verumetiam efficatiùs maiori emphasi, atque energia, quam faciat quæuis alia locutio, ipsam inculcat, quæ & ad hoc inuenta est. Nanque tunc interrogatiuis conceptibus vtimur, cum aliquid argutè, & vafrè proponere volumus; qui aculei orationis appellantur. Pungunt quasi aculeis interrogationibus angustis, inquit Cic. lib. 4. de fin. Qui & in lib. de fato. Ignauum, atque iners genus interrogationis reprehendit. Vt interrogando vrgeat, & rursus, quasi ad interrogata sibi ipse respondeat; Alibi, & in Oratore differit: Ita sui breuitate gaudet interrogatio, vt aliquando pro maiori emphasi, in ea plus significetur, quam exprimitur, secundum

cundum illud. Cantando tu illum? vbi ſubintelligitur tu indoctus peritiſſimum. Et cum veritas, & falſitas noſtræ affirmationis, & negationis in cauſa ſint, vt ſuperiùs dictum eſt; ſemper qui interrogat, aut verum ſupponit, aut veritatem ipſam ſcire cõtendit: his vtuntur frequenter Oratores, tum ad amplificandum veritatem, tum ad grauitatem, & concinnitatem orationis; vt exemplificat auctor ille, Rhetor. Ad Herennium lib. 3. Vtuntur præſepe Poetæ ad concitandum, & exprimendum maiori affectu, quod intendunt, vt ex eorum reuolutione liquidò videri poteſt; Vtitur mirabiliter Virg. Æneid. 1. vbi in perſonam Veneris alloquentis Iouem, pro Ænea filio, quo induceret ipſum ad commiſerendum Troianis, ait.

Quid meus AEneas in te committere tantum?
Quid Troes potuere?

Quaſi diceret affirmando; Nihil tum immane contra te potuerunt committere Æneas, & Troiani,ut plus non debeat eſſe benignitas tua in eis ignoſcendo, & ſtando promiſſis. Vtitur Ouidius ad incutiendum affectus amatorios, in ſuis Hæroidibus, & præſertim Epiſt. 9. Deianiræ ad Herculem, ibi.

Quò fugis? Obſtat hyems, hyemis mihi gratia proſit.
Impia, quid dubitas Deianira mori?

& Epiſt.6. Hipſiphiles Iaſoni.

Dona ego perſoluam? Votis Medea fruetur?
Cor dolet, atque ira mæſtus abundat Amor?
Dona feram templis? Viuum quod Iaſona perdam?
Hoſtia pro damnis, concidet iſta meis?

Et quomodo maiori affectu explicari poterat affectus ipſe amatorius? quam pulcherrimo iſto modo interrogatiuo? Vtuntur Philoſophi,maximè quando † rerum abditarum veritatem exquirũt eas interrogatiuè proponendo, Quæ,Problemata ab eis appellantur. Vtuntur ſacri Vates in eorum prænunciationibus,quo maiori efficacia metum in eis incutiant: Vſus eſt Chriſtus in eius ſacris affatibus, vt cumulatè videri poteſt in ſacris litteris. Vnde ambigendum non eſt, interrogatiuos conceptus eſſe efficaciſſimas elocutiones ad perſuadendum, & animos auditorum, & legentium excitandum.

450

Atqui

Atqui vt ad rem nostram reuertamur, & ne à terminis materiæ nostræ excedamus. Cum † interrogatio propriè dicatur: Quando petitur aliquid ab aliquo noscendi gratia, dicta Ab inter & rogo Ab re, non erit aliquantisper hic super veritate illius vulgati iuris axiomatis. Vt interrogans fateri non censeatur immorari. Quod desumitur ex l.sicut, vbi Bal.in fine.C.de repud.hæred. Bar. in l.2.§. Quod obseruari. col. 2. circa finem. vers. iuxta prædictã. C. de iur. cal. Mar. in suo Spec. Par.3. Memb.7. sub nu.6. & cum dicimus interrogantem fateri non censeri intelligitur, quod contenta in eius interrogatione ipse non affirmet; licet secus sit in ponente, vt ibi, Etenim † fateri propriè est coactorum, vt Seruius inquit Anna. 451 452

Fatebor enim miseri post fata Sychai.

Inquit Virg.Æneid.4. & Martialis Epigram.lib.5.ait.

Ingenium, studiumq; tibi, moresq; genusq;,
Sunt equitis, fateor, cætera Plebis habes.

Vnde fateri propriè, est rei, & non testis. Videndum est modus interrogandi quotuplex sit: & primò præsuppono,† Quod in iure nostro erant olim interrogatoriæ actiones; Quibus iure actionis compellebatur, quis respondere super iure actoris; & quæ de medio sublatæ fuerunt.l.1.§ interrogatorijs.ff.de interrog.act. & loco earum suffectus, † alius modus interrogandi: Qui officio Iudicis in his quę difficilis probationis sunt,ad præparãdum iudicium conceditur, ne veritas pereat.l.2.& seq.ff.eod.tit. † & fiunt potissimùm ante litis contestationem, & post, etiam suggerente æquitate, quandocunque Docto. post glossam in d §. Interrogatorijs; & inferius dicetur. 453 454 455

Et à definitione ipsa constituendo ipsam Regulam. Cum † interrogatio propriè dicatur (vt diximus) quando petitur aliquid ab aliquo noscendi gratia; Propriè interrogans fateri non dicitur, quando noscendi gratia interrogat: At quoniam, & aliquando etiam quod quis scit ab alio perquirit; & ex ore aduersarij certificari quęrit; altiùs repetendo materiam distinguo,quod aut sumus † in iudicialibus, aut in extraiudicialibus: Si in iudicialibus, aut in præparãdo, aut in decidendo: Si in præparando Regula est vera, vt interrogans fateri non dicatur; Nam si quis interrogauerit 456 457

aliquem

aliquem, num sit hæres, vt in d.l.1. Item an quadrupes, qui pauperiem fecisse prætenditur, aut seruus in noxali iudicio sint sui, vt l.si quis, & seq.ff.eod.tit.de interrog.act. & in materia nostra, An teneat, & possideat, utique fateri non dicitur interrogatum esse heredem, vel Dominum, quadrupedis, vel serui, qui in iudicio deducuntur.

Pari ratione, quando quis præsentat Syngrapham, manu debitoris cōscriptam, uel subscriptam, & instat per eum recognosci, licèt sciat eius manu conscriptam, vel subscriptam, tamen non fatetur contenta in ea esse uera, sed certificari quærit per ipsum debitorem, quod sit eius manu conscripta, uel subscripta, & est optima praxis procedendi contra aliquem, quando de debito apparet Syngrapha manu debitoris conscripta, vt prius eum interroget, num sit eius manu conscripta, vel subscripta, & per ipsum eam recognosci faciat, postmodum det libellum super ea, & contestibus litem producendo ipsam in vim probationis; quam docet Bald. in auth. Contra qui propriam, num.1. C. de non num.pec.

458 † Si in decisorijs vtique uerum est, interrogantem fateri, & asserere uerum esse illud, de quo aduersariū interrogat. Bar. in d.l.1. §.1.num.6.ff.eod.tit.de interrog.act. ubi exemplificat in iuramento calumnię, & poni etiam posset exemplum in iuramento litis decisiuo, quando quis petit deferri iusiurandum alicui, an sit debitor, nec ne? per quod qui interrogat fateri censetur se creditorem, per notata in l. Maximum vitium.ff.de iureiur.

Sin autem in Extraiudicialibus, aut sumus in proponendo, aut in respondendo, seu excipiendo: Si in proponendo, aut qui proponit, certus est de eo quod proponit, aut non: Si certus est, vtique ex ratione regulæ, quæ ipsam declarat.l.cum Pater.§.Dulcissimis. ff.de leg.2. Qui interrogat fateri dicitur. c. Qui dormierit.31.q.1. l.1.ff.de pign.act.ibi. Quando autē quis dicatur certus de eo, quod interrogat, & noscēdi gratia id faciat re ipsa, ex modo interrogandi, vel ex qualitate uerborum deprehenditur. Re ipsa, vt apud Ouidium Epist.7.

Quando erit vt condas instar Cathaginis Vrbem,
Et videas populos altus ab Arce tuos?

Ex qualitate verborum, si duæ negationes diuersi generis præcedunt

dunt ipsam interrogationem, nam tunc qui interrogat, affirmat, vt apud Ouidium Epist. 16. Helenæ Paridi.

Sic meus hinc vir abest, vt me custodiat absens,
An nescis longas Regibus esse manus?

Et apud Tullium. De somnio Scipionis, ibi. Nonne aspicis, quæ in templa veneris? In iure nostro, vt in l. 1. §. Quid enim. ff. quod falso tut. ibi, Nonne valebit, quod gestum erit? Sin autẽ sequantur minimè; vt apud Ciceronem, ibi, Vultis ne Prætori Flacco, nec ne? Quod si vnica tantum negatio præcedat, vel sequatur, tunc si præcedat † aduerbium, Quid, regulariter affirmat, vt apud 459
eundem Ouid. Epist. 7. ibi.

Quid non speramus Amantes?

Et faciunt verba Præsidis ad Iesum: Numquid ego Iudæus sum? *Ioan. 18.*
& licet ei æquipolleat aliud aduerbium, An, tamen dictum aduerbium, An, sicuti & Nunquid, si iungatur subiunctiuo, dubitatiuè stat, secundum illud Terentij, Nescio an Pater meus viuat? † Ne- 460
gatiua, Ne, etiam positiuè stat, vt apud Virg. Æneid. 1. ibi.

Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri?

Apud nostros, vt in l. in personam. ff. de pact. l. 3. §. fin. de don. inter virum & vxorem, Quę & modum facit. l. Cum Pater. §. Titio. ff. de leg. 2. Quando aũt vna tantũ præcedit, vel sequatur an affirmationẽ inducat ab infrascriptis dependet. Quod si interrogatio verbis affirmatiuis concipiatur. Si eam proferens legis condendæ potestatem habet, utique sic interrogans fatetur. Casus est in l. fin. C. de leg. ibi. Quid enim maius? Quid sanctius Imperiali Maiestate? & in cap. Quod in omnibus. 32. q. 7. ibi. Quid in omnibus peccatis Adulterio grauiùs? aut non habet auctoritatem legis condendæ, & tunc, aut ipsi interrogationi, subauditur aliqua tacita responsio, aut responsio ipsa sequitur, aut ei inhæret; Primo casu per subauditam aliquam responsionem, qui interrogat ponit; vt ex eo Apost. Quis plantat vineas, & de fructu eius non edit? *1. Cor. 9.*
Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? subintelligitur nanque ibi, certè nemo. & apud Ouidium in Didonem, dicta Epistola septima.

Quis sua non notis arua tenenda dabit?

Secundo casu, vt apud eundem Ouidium.

M *Non*

Non tibi succurrit crudi Diomedis Imago?
Efferus humana, qui dape pauit equos. & alibi.
At peccent aliæ, Matronaq; rara pudica est,
Quis prohibet raris nomen inesse meum?

Esai 10. Ex responsione tacitè inhærente, ut ibi, Nunquid gloriabitur securis aduersus eum, qui secat? subintelligitur enim, ibi, Non.
Psal. 40. & alibi, Nunquid, Qui dormit non adijciet ut resurgat? subintel-
Ioann. 4. ligitur certè sic. & ibi. Quomodo tu Iudæus cum sis, petis à me bi-
461 bere, quæ sum mulier Samaritana? † Sin autem in respondendo, vtique semper qui interrogatiuè respondet, fatetur. vt si interrogatur, an decē dare spondeat, & interrogatiuè respōdeat. Quid ni? Quod interpretatur cur non? affirmare censetur. l. 1. §. Si quis ita. ff. de verb. oblig. l. antepen. C. de ædil. edict. & d. l. fin. ibi, Cur aūt.
462 C. de leg. † & interrogatus quis an velit esse hæres, puta Titij, si respondeat cur non? adire uidetur, arg. d. l. 1. Bart. & Ang. in l. Gorit. ff. de acq. hæred. Ratio est, quia si ex ratione postmodum expressa ea, subintellecta, vel tacitè inhærente, quē fateri cēsendum est. Ita ex præambula interrogatione, præintellecta, uel tacitè inhærente, interrogatiuè respondens fateri dicitur. l. Si quis vinum legauerit. ff. de aur. & arg. leg. ibi, Cur tam diuerse? l. Huic scripto. §. 1. vbi Alb. ff. Ad leg. Aquil. faciunt verba Maronis Ecloga.

Cur non Mopse bene, cur non conuenimus ambo?
Tu calamos inflare leues ego dicere versus?

At cum interrogationi, congrua sequi debeat responsio? eamque sequi præsumatur. l. de ætate. §. qui tacuit. eod. tit. de inter. act. l. 1.
463 ff. de uerb. oblig. Quæsitum est, Num † interrogatus de duobus, si de uno tantum respondeat, aliud fateri intelligatur? Quæstionem ponunt Bart. & Bald. in l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de min. Doct. in l. Consilio. §. Quæsitum. ff. de cur. fur. Alex. in l. Quæ dotis. colum. fin. ff. sol. matr. Idem Bald. in l. fine, col. 2. vers. item pone. C. de prob. Pan. & alij in cap. Nonne, de præsumpt. & concludunt, quod sic. Nisi illud de quo interrogatur manifestè sit falsum, cui si non respondetur, pro confessato non habetur. Bald. in d. l. sicut, num. 5. Vnde ex superiùs dictis, dicitur, Quod si ponatur
464 factum qualificatum, cui simpliciter respōsum fuerit, sic † respondens ad omnes qualitates facto ipsi appositas respōdisse censetur,

sicque

fic que qualitates ipsas confessum fuisse, dicendum est. §. Praeterea. Inst. de inut. stip. l. si defensor. §. Qui interrogatus. ff. de inter. act. Bart. in l. Si quis intentione ambigua, quaest. vlt. ubi & Bald. ff. de iud. Ias. in l. Si cui. §. si à filio. ff. de leg. 1. Et ita quando noscendi gratia fit interrogatio. Qui interrogat non fatetur. † Vt inquisito, 465
uel accusato aliquo de falso, quod uel corruperit testes, uel fabricauerit falsum instrumentum, si postquam iam liquet corrupisse testes, uel fabricauisse falsum instrumentum, interrogetur pro parte fisci, an velit vti ipsis testibus, uel instrumento pro bonis, & ueris, & pro cōtinentibus ueritatem? & inquisitus responderit, nolle, destructa sit intentio fisci, tāquàm per ipsam interrogationem, admissus censeatur ad abstinentiam. Gargias inter consilia criminalia Diuersorum. cons. 173. nu. 7. Tomo Primo. Quod ego haud probo. Etenim † cum publicè intersit delicta nō remanere impu- 466
nita, sed debitis vltionibus castigari. cap. fin. §. Quod si, ubi Card. de poenis. Non debet esse in potestate iniqui Iudicis, uel fatui, sic fisco praeiudicare, vel certè fisco ipsi beneficio restitutionis in integrum succurrendum esset. Aret. cons. 20. col. fin. Bald. in l. fin. C. Quor. appell. non recip. firmat Boss. in tit de fisco, & priu. eius. num. 21. Qui & vltor delictorum esse debet. l. 1. & 2. vbi Bald. C. si seru. exp. uen.

Ecce ergo quàm potens est ueritas, & quàm benè à Cicerone definita fuerit: Vt sit, per quam immutata ea quae sunt, vel ante fuerunt, uel futura sunt esse dicuntur, & sanè, † vnumquodque ad 467
veritatem, sicut ad esse suum proprium se habet, vt inquiunt Philosophi. Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatem tuam nimis, inquit Psalt. *Psal.* 118.

Hanc voluit mentibus hominum inserere Christus Saluator noster inquiens, † Ego sum uia, veritas, & uita: Via, & uera uita, 468
quia fieri non potest, vt qui in eo, & eius uerbis fidunt fallatur. *Ioan.* 14.
† Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundū, ut testimonium *Eiusd.* 18.
perhibeam ueritati dicebat: Et in nullo magis Iudaeorum incredulitatem exprobrabat, quam in manifestando eis eorum caecitatem, in non cognoscendo ipsam ueritatem scripturis, & factis iam patefactam, ac miraculis eis obijciendo, & dicendo, Si ueritatem *Eiusd.* 8.
dico uobis, quare non creditis mihi? Spiritus ueritatis in Sacris *Eius.* 14.

litteris Spiritus Sanctus appellatur. Cum uenerit Spiritus ipse ueritatis, ille vos docebit omnia. Et apud Psal. dicit, Omnia man-
Psal.118. ritatis, ille vos docebit omnia. Et apud Psal. dicit, Omnia man-
Ephes.1. data tua ueritas. Prædicator ueritatis, Apostolus in Sacris litteris dicitur; & Verbum Veritatis, Euangelium appellat, idem Apost.

469 † Vnde & canit Ecclesia, Deus qui errantibus ut in uiam possint redire Iustitiæ, Veritatis tuæ lumen ostendis.

470 † Et porrò quid aliud fidei nostrę obiectum est, quàm ipsa semper manens immutabilis, ac perpetua ueritas? vt inquit D. Tho-
471 mas in prima par. Summæ. quæst. 1. art. 1. † Iustitia tua, iustitia in æternum, & lex tua ueritas, & Principium uerborum tuorum ve-
472 ritas in æternum; Omnia iudicia iustitiæ tuæ. Rursus, † Veri-
Psal. 90. tas, scutum Fidei dicitur; Scuto circundabit te ueritas eius, Ex quo sequitur, vt ueritatem negare, Deum ipsum, qui ueritas est, negare dicatur; Qui veritas Primò dicitur, sicut & Primum ens existit, & obiectum intellectus.

473 Bipedalem Rustici reputãt Solem, qui est Vas admirabile, opus
Eccles.43. excelsi, ut inquit Sapiens, cum tamen, secundum glossam relatam à Panor. in cap. solitæ, nu. 8. de maior. & obedien. octies. & secundum Cosmographos, & præsertim Christophorũ Clauium Bambergensem in Sphera Ioannis de Sacrobusto, & Franciscum Maurolicum Abbatem in appendice Dialogi de Cosmographia, Centies sexagies sex terra ipsa maior sit. Et quantũ vnumquodque eorum altero maius sit videndus est Ptolomæus in suo Almagesto. lib. 5. c. 15. Eoquod intellectu non ratiocinentur, & careant debito medio eorum uirtutis, uicinæ eius quantitatem metiri non ualet, Sapiens autem qui operatur lumine intellectus agentis, illum metitur, & considerat ex eius distantia esse quantitatis, cuius
474 est, ex quo sequitur, ut † Veritas adæquata ad intellectum, non ad sensum sit; & ueritatem ueram ipsam rei qualitatem appellat Bal. in l. scire leges. in princ. ff. de legib. Propter rem hoc est ueritatem inquit Iurisconsultus in l. Quoties. ff. de iureiur.

475 † Propria est hominis ueri inquisitio, atque inuestigatio, inquit Cicero offic. 1. cætera namque animalia hoc non habent, ut quid uerum sit, in rebus humanis, atque etiam naturalibus, & diuinis,
476 scire, aut inquirere possint. † Natura ipsa impellimur ad ueritatem ipsam inquirendam, quæ illam cum inuenire non potest, contristatur,

triſtatur, & quam ſi nos ipſi inuenire non poſſumus, ſapientes, ac prudentes conſulimus; ſicq; per ipſos eã indagamus. † Quæ etiam 477
appetitur, cum curis uacui ſummus, etiam quid in cęlo ſit. Et nullus eſt animæ ſuauior cibus, quam perfecta cognitio ueritatis, ut inquit Lact. in 3. Diuin. Inſtit.

Atqui multi ſunt Sapientes, qui diuinorum, atque humanorum ſcientiam habuerunt; Prudentes tamen haud fuerunt, & in rebus agendis, nec ſuis, nec alienis commodis conſulere ſcientes,
ut de † Anaxagora quem ſapientiſſimum fuiſſe, ſcribit Cicero, & 478
maximarum rerum cognitionem habuiſſe in rebus tamen agendis, nec ſuis, nec alienis commodis conſulere ſciebat, quod ad Prudentiam attinet.

† Conſuetudinem ſine ueritate, uetuſtatem erroris appellat Di- 479
uus Cyprianus in Epiſt. ad Pompeium, contra Epiſt. Stephani; & habetur in c. Conſuetudo. 8. diſt. ubi ſubdit, relicto errore ſequa-
mur ueritatem, dicente Apoſt. Nolite gloriari, & mendaces eſſe *Iacob. 3.*
aduerſus ueritatem, Gauiſus ſum ualde uenientibus fratribus, & teſtimonium præbentibus Veritatis tuæ, ſicuti tu in Veritate am-
bulas. † Veritas (ut inquit D. Thomas ſuper primo Perhierm.) 480
habitat in re, uti in ſubiecto efficiente, & in ſermone, uti in manifeſtante, & in mente, uti in cognoſcente.

Solemnitas iuris de ratione ueritatis eſt, Magalottus deciſione 481
Lucen. 14. Etiam iudicia propter ipſam ueritatem adinuenta ſunt, ut interuentu illarum perſonarum Actoris nẽpè, Iudicis, & Rei, ea iudici emicet. Bald. in rub C. Qui adm. num. . .

Sic Hieremias cum prędium Vrbanum emeret iuſſu Domini, *Hier. 32.*
diligenter obſeruat, omnes contractuum mores, cautionesq; omnes uſitatas adhibet: Agrum emit, inſtrumentum conſcribi curat in libro, ſignum imprimitur, adhibet teſtes in terra Beniamin, & in circuitu Ieruſalem, in Ciuitatibus Iuda, & in Ciuitatibus Montanis, & in Ciuitatibus Campeſtribus, & in Ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt; & alia de quibus in ueteri illa obſeruatione; ita & præcium rei cum legibus, quæ ad redemptionem pertinent exprimitur, & alia facit, quæ ad contractus ſolemnitatem pertinent. Ita Veritati inſiſtunt leges, ut Iudicẽ qui de falſo argui quẽ ueterit, grauiter puniri mãdent. l. Pręſcriptione. C. ſi cont. ius & vt. pub.

Dulcis

482 Dulcis adeo,atque appetibilis est ueritas,† vt ab antiquis etiam Philosophis semper egregiè culta: in nihiloq; labefactata fuerit; qui & in nullo magis, quam in eam perquirendo elaborauerunt, die,noctuq; summis vigilijs.& lucubrationibus eam exquirendo, pro eaque, se, suaq; omnia abnegando,inuentam tenebant, & mi-
483 rificè lætabantur labores magnos substinebāt, † quæ pro eā adinueniendo pauescunt? periculosa maria intrauerunt, eaque transfretati sunt, & per summa iuga montium difficillima itinera ad remotissimas vsque regiones peregerunt, Auditoq; quod ea apud
484 Aegyptios, † quos primos artium, ac scientiarum inuentores fuisse asserunt reperiebatur: Plato, Pitagoras,Melampus,Apollonius Thianeus, & alij magnis eorum periculis ærumnis, atque itineribus ad ipsos, peregrina per æquora vecti, nauigauerūt, sola ipsam adipiscendi spe freti. Et credentes eam adinuenisse, quā nec etiam summis labijs degustauerunt, eo quia fidei lumen eis non erat, in qua sola est ipsa veritas,lęti sine ea ad Patriam remeauerunt: Et de
Baruch.3. quibus dictum est, neque viam disciplinæ inuenerunt, & propterea perierunt, & quoniam non habuerunt sapientiam interierunt propter suam insipientiam.

485 † Et idem Plato in 2.de Repub.dicit annescis, quod omne men
Psalm. 5. dacium homines, dijque oderunt? Quod correspondet illi Psalt.
486 Perdes omnes qui loquuntur mendacium,† & peccatum ipsum sui prauitate in Sacris Litteris mendacium appellatur: Et dictum illud Psaltis; Omnis homo mendax, Exponens glossa,dicit,Omnis
487 homo mendax, hoc est omnis homo peccator: Solum † Medicis propter medicamentum licitum, dicebat idem Plato in 1.De Republica esse mēdacium, quod in nostra religione non conceditur. Quinimmo deterrimum mendacium reputat Summus Pontifex fallere, qui mox moriturus conspicitur, cap. cum infirmitas. de poen. & rem.

Enimuero quis magis mentitur, & dictis, vel factis à Deo de-
488 hiscit, quam qui peccat? In tantum vt etiam humilitatis causa, in eo quod non sit, qui peccatorem se dicit, mentiendo peccator efficiatur, dicēte D.Augustino;de verbis Apostoli veritas haud in te est, nisi te ita dixeris peccatorem, vt etiam esse cognoscas, Veritas autem ipsa est, ut quod est, dicas; nam quomodo inest humili-

tas,

tas, vbi regnat falsitas? Habetur in cap. cum humilitatis dicta vndecima, q. 2. Tam potens est ueritas, † vt etiam contra propriam 489
confessionem scienter factam admittatur, ut egregiè dicit Ioseph. Ludou. decis. Perus. 54. num. 150. Veritas ad instar solis est, quæ ab aliquo obnubilari nequit. Nam, ut inquit Virg. Georg. 1.

Solem quis dicere falsum,
Audeat?

† Thales Milesius vnus ex septem Greciæ Sapientibus, inter- 490
rogatus, quantum à veritate distaret mendacium, quantum oculi ab auribus respondit, & quando quis falsum scienter ponit, tunc qui non respondet, pro confesso non habetur. Bald. in l. sicut, in fin. C. de rep. hæred.

Et cum veritas sit adæquatio rei ad intellectum (ut superiùs diximus) quomodo ad intellectũ adæquari potest mẽdacium, quod ab eo tàm longè distat? Si quidem intellectus ita appetit verita-
tem, † ut Mentiri omnino refugiat. Et mentientẽ repellat, & men- 491
tiri dicatur, quasi contra mentem ire. † Mendacij qui nititur hic 492
pascit ueritas: idem autem ipse sequitur, Aues volantes, † Tria hęc *Prou. 10.*
veritatem impedire solent, carnalis Amor, Timor, & Auaritia. 493
cap. Accusatores 3. quæst. 5. Testis fidelis non mentitur profert, *Eiusd. 12*
autem mendacium dolosus testis.

† Mendacium sicuti inferorum ianuam odibile esse Homerus 494
Iliados 9. dicebat; Et Phocydides in Theogonide, † principium 495
mendacij exiguum habere gratiæ circa finem, lucrum turpe, malumq; pariter nascitur: Addi potest, & vires sicut † fama acquirit 496
eundo, & caput inter nubila condit.

Est planè namque inhonestum, si cui mendacium adhæreat viro, & ab ore primo egrediatur. † Perditissimi namque hominis est 497
simul, & amicitiam dissoluere, & fallere eum qui læsus non fuisset, nisi credidisset, inquit Cic. Pro Roscio Amerino. Et melior est *Prou. 19.*
pauper iustus, quàm vir mendax.

Themistius in lib. de mediocritate affectuum, seu amore liberorum, de mendacio sic loquitur. Malitia nulla alienior est ab hominum conuersatione, quam perfidia, sed hæc est illa improbitas, aduersus quam solum nulla datur custodia, nam quod vnicum habeamus confugium nempe iusiurandum, hoc maximè Abutitur,

† Vir

498 † Vir perfidus qui malum facinus committit, inficiando.

499 † Pulchro Dilamate mendacium deteſtatur Plato in libro de iuſto. qui ei inſcribitur, ſeu cuiuſuis alterius ſit inquiens, Dic age mihi, vtrum, tu putas iniuſtum mentiri, aut verum dicere? verum dicere; Igitur mentiri iniuſtum fuerit, nec ne? ſed an decipere, iuſtum reis, aut non decipere? Nimirum non decipere; Ergo decipere iniuſtum eſt, ſic eſt lædere autem iniuſtum ne eſt an iuuare? iuuare Ergo iniuſtum lædere, ergo verum dicere iuuare non decipere iuſta ſunt? contra decipere, lædere, & mentiri, ſemper iniuſta.

500 † Mendacium probroſa res eſt, probo viro indignum, & quod
501 virum non decet ingenuũ, dicebat Sophocles; Addebat Menan-
502 der, † Et quod non multum temporis latet; † Veritatem cœli ciuem, & ſolam fuiſſe conciuem Deorum Olympiades aſſerit, & faciendo comparationem de mendacio ad Veritatem, dicebat Pindarus Principia magnæ virtutis præmouet, ne pacto meo, aſpero
503 mendacio labefactis. Bachidides † eam Lapidi Lidio comparat;
504 aſſerens Lapis Lidius aurum indicat hominem veritas, Et † Omnipotens ſapientia eſt ueritas.

505 † Sanequam cęleſtem Patriam deſiderare ueritas iubet, carnis deſideria contemnere, à mundi gloria declinare, aliena non appetere, propria largiri; inquit D. Gregorius ſuper Ioannem, in illis
Ioan. 8. verbis Domini; Si veritatem dico vobis, quare non credidis mi-
Pſal. 14. hi? Et cum Propheta dixiſſet, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? quaſi ſibi reſpondens, dicit: Qui loquitur veritatem in corde ſuo, & qui non agit dolum in lingua ſua; Et alter Propheta interrogans ſe ipſum quis intrabit in tabernacula æterna;
Eſai. 33. ſibi etiam reſpondens, dicit, Quis habitabit ex uobis cum ardoribus ſempiternis? Qui ambulat (inquit) in iuſtitijs, & loquitur veritatem, & proijcit auaritiam ex calumnijs, & excuſſit manus ſuas ab omni munere. Qui obturat aures ſuas, ne uideat ſanguinē, & claudit oculos ſuos ne uideat malum; Iſte in excelſis habitabit, monimenta ſaxorum ſublimitas eius.

506 † Cicero offic. 3. tollendum eſſe in rebus contrahendis omne
507 mendacium dicit, † & in mercatore veritatem exuberare debere ſemper aſſerit. l. in contractibus. ff. de reg. iur. ubi Iuriſconſultus admonet

monet, † vt vir bonus semper in contractibus sequatur, non 508
tam quod licet, quàm quod honestum est; vbi Cagnolus ad multa per pulchra exempla infert, sed quam male seruant mercatores hanc fidem, quorum contractus dolo pleni sunt; Vnde benè Summus Pontifex dicit in cap. qualitas, de pęnit.dist.5. O quàm difficile est inter ementis, vendentisque commercium, non interueni-re peccatum; Et grauiter inuehit idem Cic. offic. d.lib. 3. contra proteruos istos mercatores, & dici solet ex ignobili nobilem ex inope illico diuitē fieri, † & mercatorē tanquàm pestem fuge; fa- 509
ciunt notata à Tiraq. de nobil.c.3.sub num.10.† Et exprobratum 510
fuit olim Syllę, quod vir bonus esse nō posset, cū tot possidere prædia, eo quòd sibi à patre pauca essent relicta. Substantia festinata *Prou. 13.*
minuetur; inquit Sapiens.

† Et Philosophus Ethic. 4. asserit quòd quemadmodum verax 511
homo, vbique laudatur, ita vbique vituperatur mendax. Verbum mendax iustū detestabitur, impius autē cōfundet, & confundetur. *Eiusd. 13*

† Mendacium esse propriè hypocritarum, quis ambigit? hi 512
extenuant faciem suam, & lauant, vt videantur ab hominibus ie- *Matt. 6.*
iunantes, à quibus cauere discipulos iubet dominus, dicens, Caue- *Eiusd. 16*
te à fermento Pharisæorum; Pytagoras, referente D. Hieronymo in Epist. contra Ruffinum: In præceptis dabat, † vt post Deum su- 513
per omnia veritas coleretur, quæ sola Deo homines proximos facit; satiùs dixisset veritatem cole, cum veritatem colendo Deum ipsum colamus, qui summa veritas est: Et verba illa, † Beati qui 514
persecutionem patiuntur propter iustitiam, intelliguntur propter *Eiusd. 5.*
veritatem, quia iustitia veritas est: Vt mox dicemus, & superiùs etiam tetigimus.

† Veras nuptias, vt diximus, iustas appellat Imperator, in §. 1. 515
inst.tit. de nuptijs; Et adoptans interrogatur an velit eum, quem adoptaturus est, iustum sibi filium esse; † Iustus intelligitur, hoc 516
verus. l.2. ff. de adopt. Quare Lucij Syllæ. & C. Cæsaris pecuniarum translationes à iustis dominis, ad alienos non debet liberalis videri; inquit Cic. offic. † iustis dominis, ibi, intelligitur, hoc est 517
veris dominis: Iustę matres familias, hoc est veræ. † Hinc iusta di- 518
cuntur inferię, seu exequiæ mortuorum, quę verè fierent, his qui de nobis benemeriti fuerūt. l.2. ff. de in ius vocando. † Iusti dies apud 519

antiquos dicebantur, qui dabantur debitoribus, ad soluendum, postquàm iam confessi erant debitũ, vt apud Gellium lib. 20. c. 1. iusti itidem dies dicebantur; Qui in bellis suscipiendis præstituebãtur populo cui in dictum erat bellum, per Fœcialem ni rem ablatã restitueret: Et erant dies triginta & tres, vt apud Liuium lib. 1. ab vrbe cond. iusta mensura, hoc est vera.

520 † Simbolum Veritatis apud Antiquos erat Cornu, tum ob sui duritiem, tùm quia diaphanus est, & ex quò lux intrinseca eminus mittitur. Vnde Virg. in 6. Æneidos. Volens distinguere vera somnia à falsis sic fatur.

Sunt gemina somni porta, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris,
Altera candenti perfecto nitens Elephanto,
Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes.

Abac. 3. Et cum Messias Veritatem in mundũ allaturus esset. De eo loquens Propheta, inquit, Splendor eius vt lux erit: Cornua in manibus
521 eius, ibi, abscondita est fortitudo eius. † Somnus cum cornu pingitur, per cornu oculi significantur, qui cum cornei sint coloris, ac duriores cæteris membris, nam frigus non sentiunt, vt dicit Cic. in lib. de nat. deorum. Veritatem significant; Quia quæ videmus sine dubio, vera sunt, & quæ audimus aliquando falsa esse possunt,
522 † Vnde certius aure arbiter est oculus, dicebat Poeta; Et qui de
523 somnijs scripserunt dicunt, quod † ea quæ secundum fortunam, & personæ possibilitatem effectum habere videntur, vicina sunt cornu; Ea verò quæ supra fortunam sunt, Nimiumq; ornatum habẽt,
524 vanamque iactantiam falsa esse dicuntur, † Et eburnea quasi ornatior porta falsa dicitur; Igitur cum Virgil. ibi fingit, Æneam per eburneam portam dimissum fuisse; significat falsa omnia fuisse, quę per Sybillam ei ostensa sunt, falsa omnia quę vidisse scribitur,
525 & duxit ab Homero, & significat, † etiam veritatem verborum fucamentis non indigentem; hinc Rhetores in difficillimis ad persuadendum, & quæ contra veritatem sunt; Volunt Oratorem insinuatione, in principio, vti, quam definit Cic. in 1. de inuentione,
526 † vt sit Oratio quadã dissimulatione, & circuitione obscurè subiẽs auditoris animũ; Idem dicitur, & in 1. Rhetor. ad Heren. & dicit. Quintil. lib. 4. unde dici solet, veritas lucet ipsa per se, & veritas verbo-

verborum lenocinio non indiget.l.1.C.si min. se ab hæred.abstin.
† Iudæi Christum Messiam laudare volentes à veritate ipsa, sumebant exordium, dicentes: Scimus, quia verax es,& à Deo venisti Magister: Et de quo etiam dicitur, † videmus eum plenum gratiæ, & veritatis. 527 Ioan. 3. 528

Atqui sicuti Deus verax est, quinimmò veritas omnis ab eo prouenit, Ita † Mendax est Diabolus qui propterea mendacij pater dicitur; & de ueritate habetur † Lex per Moysem data est gratia, & Veritas per Iesum Christum, † Et Christus ipse à simplicitate cordis, uolens laudare Nathanaelem esse uerè Israelitam, in quo dolus non est, dicebat. Ioan. 1. 529 530 531 Ioan. 1.

Mendacio Diabolus primos homines in Paradiso deliciarum decepit, ad præuaricandumque induxit; † Mentitus est Chain, 532
quando Domino eum percunctante, ubi est Abel frater tuus? respondit, nescio. Subdens arroganter nunquid custos fratris mei sum ego? 533

Veritatem enunciauit Christus eamque in mundo iecit, quan- 534
do interroganti mulieri Samaritanæ, Vbi nam uera facienda esset Ioan. 4.
adoratio, Respondit mulier, crede mihi, quia uenit hora, quando neque in montibus, neque Hierosolymis adorabitis patrem; Vos adoratis quem nescitis, Nos adoramus quem scimus; Quia salus ex Iudæis est. Subdens, sed uenit hora, & nunc est, quando ueri adoratores, adorabunt Patrem in spiritu, & veritate; nam & Pater tales quærit, qui adorent eũ, Spiritus est Deus, & eos qui adorant in spiritu,& ueritate oportet adorare,Sacri Doctores namque ibi exponunt, † in Spiritu, hoc est Sancto, in Veritate, hoc est in 535
Filio, qui Veritas est, sicque personarum Trinitatem, in essentiæ vnitate, præseferre voluit.

Mendacium odit, quiuis prudens, & Sapiens,dicebat Cleobolus. Et mendacij calumnia vitam hominum lędit: Christus Apo- 536
stolis promittens Spiritum Paraclitum,dicebat, Cum venerit ille Ioan. 14.
Spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatẽ,† Delinquentium mentiri proprium est, ut ex Exẽplo,Chaim diximus,& quia men- 537
dacium tegere difficilè est, nam & quandoque inimici nostri, qui fallere nos satagunt, † post multa inaduertenter, ueritatẽ proferre coguntur, & cum in multis oporteat esse memorem; factum est 538

539 vulgare prouerbium, † Memorem oportere esse, mendacem.
540 Ita detestanda res est mendacium, † vt nec etiam ad ingressum religionis, quis ducendus sit, opitulante mendacio; quòd si Monacus, vel quiuis alius regularis, quo alliciat aliquem ad religionis ingressum, in qua animæ sospitas magis consistit, proposuerit regulam ipsius religionis dulcem, ac placidam, cum tamen esset aspera, & onerosa mendacij reum se facit: Et nedum non meretur, sed grauiter peccat. gloss. in cap. primum, & ibidem Archid.
541 & Ioan. de Turrecrem. 22.q.7. Isidorus in Synonimis asserit † omne genus mendacij summopere fuge, nec casu, nec studio loqueris falsum, Nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas, caue mendacium, & D. Augustinus super Epist. ad Galatas, ait, Si quis ad te confugerit, qui de mendacio tuo possit, à morte liberari, non es
542 mentiturus, † os enim quod mentitur, occidit animam: Cum ergo
Sap. 1. mentiendo uitam æternam amittamus, Nunquam pro cuiusuis uita temporali, mentiendũ est; habetur in cap. omne, & seq. ead. 22. q. 1. & melius est pro ueritate pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium. cap. Nemo peritorum 11.q.3.
543 Absque ueritate iuramentum erit periurium. gloss. in c. animad-
544 uertendum 22.q.2. † Quia ut licitum sit iusiurandum, tres Comites habere debet, ueritatem nempè iudicium, & iustitiam. d. cap. animaduertendum iurabit, dixit Dominus in ueritate, in iudicio,
Hier. 4. & in iustitia, quæ uerba explicando ibi D. Hieronymus, ait: Iudicium in iureiurando requiritur, ne quis leuiter, sed ex necessaria causa iuret, & quod bona eius conscientia verum putet, iuret, Iustitia est super re licita, & iusta, refert & D. Tho. in 2.2.q.89.art.3. Et qui falsum iurat, mentitur, quia cũ omnes qui loquuntur mendaciũ perdendi sint magis, damnabiliores sunt, qui mẽtiendo periurare conuincuntur. cap. Animaduertendum. §. item qui falsum, 22.q.2. Iuramentum à iure deductum est quod iurare propriè sit aliquid ita sanctè promittere, ac si ius esset. Cic. ad Metell. & iurare conceptis uerbum est certa formula uerborum iurare.
545 Suauissimam Orationem ueritatem, quam mens semper amplectitur, cũ eaque semper uersatur Diuinus Plato appellat, & con-
546 tra † Mens repellit mendacium, dicebat Eusebius: Quod propte-
547 rea à mentiendo, quasi contra mentem eundo, dicitur, † Et mentiri

tiri est contra mentem ire. Vlysses quia mendax, Scelerum Inuentor à Marone appellatur.

Postquā quis aliqua minus vera expressit, volens post modum proponere ipsam veritatem nequit, efficaciùs id nequit q̃ per coniunctionem illam, † verum, seu veruntamen exprimere, Quod est 548
verbum incæptiuum veritatis. l. 1. §. ex his appaiet. ff. de lib. agnos. & l. eum qui. C. ad leg. iul. de adult. Veruntamen à malitia non discedis? inquit Cic. Planco. & aduerbium, Verum, mutat ius, & factum. l. 1. C. qui & aduers. quos. in integ. rest. post. & verò cum sit coniunctio qualitatem præcedentium repetit. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. inst. vbi Bald. Alex, cons. 249. num. 5. volum. 6.

Et ita hoc verum est, vt dictio verum, seu verò semper stet aduersatiuè ad præcedentia non vera, cum repetitione tamen earundem qualitatum. Bald. in l. omnes populi, col. 13. vers. modo quia vtrum statutum. ff. de iustit. & iure. Quem ad hoc propositum allegat Alex. cons. 249. Prospectis. num. 5. lib. 6. † Interrogatus Py 549
tagoras quid magis similes Deo homines faceret? veritas respondit: Igitur mēdacium nos ei dissimiles reddit: Quod & pulchram eius imaginem quam nobis donauit, deturpat; Et rectè quidem dicebat Euripides, † Infelix est, qui mendacia, & si bona ei viden- 550
tur potius vsurpat, quam quod mala esse iudicet.

Hanc efferendo Propheta, dicebat, Annunciaui iustitiam tuam *Psal. 39.*
in Ecclesia magna, subdens iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam, & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à Concilio multo, Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me, misericordia tua, & veritas tua susceperunt me?

De ea per eundem Prophetam dicitur, Ecce veritatem dilexi- *Psal. 50.*
sti incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, & alibi, *Psal. 62.*
Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, Illuminet vultū suum super nos, & misereatur nostri, subdens, Vt cognoscamus in terra 551
viam tuam, † Viam tuam interpretatur, ibi glossa, & Sacri Doctores hoc est veritatem, & in omnibus gentibus salutare tuum, iuxta 552
quod, & alibi dicitur, † Vniuersæ viæ Domini misericordia, & 553
veritas, Etenim vt dicit D. Dionysius de Diu. Nom. c. 7. † Fidei *Psal. 24.*
nostræ obiectum est semper, & perpetua veritas, † Veritas de terra

orta

Psal. 84. orta est, & Iustitia de cælo prospexit, inquit Psaltes,& alibi, Fide-
*Psal.*101. lia omnia mandata eius, facta in veritate, & æquitate. Veritas in
*Exod.*28. antiqua lege,in rationali summi Sacerdotis ponebatur. Ponis autem in rationale iudicij. Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron,quãdo ingredietur corã Domino, dicit Dominus.

Et de quo magis lamentabantur Sacri Vates, nisi quoque veri-
554 tas non coleretur in terra. † Veritas in te facta est in obliuione di-
Esai. 59. cebat Esaias. Intellectus eorum in spiritualibus emicat, & tam in vita in factis carnalibus remanens, intellectui non concordat in mendacij detestationem Beatus Gregorius super Ezechielem di-
Oseas 4. cit, Non est in eis veritas, neque iudicium, transgressi enim sunt constitutum, & iusiurandum, quod iurauerunt, dicit Oseas Amicus Socrates,amicus Plato,sed magis amica veritas.Soc.consil.8. Visus. vers. Qualecunque, vol.1. Pan. in c.1. col. 5. de post. præl. in cap. omnes, de maior. & obed. Et idem Esaias,conuer-
Eiusd. 59 sum est retrorsum, iudicium, & iustitia longè stetit, quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, diminutæ sunt veritates à filijs hominum, inquit Psaltes, & idem Oseas, Non
Psal. 11. est veritas, neque misericordia, & non est scientia Dei in terra,
Osea 4. maledictio, & mendacium innundauerunt. Propterea lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea.

Veritatem hanc colere profitetur Imperator in d. l. Vnica.C.
555 de dedit.lib.toll. † Veritatique locum semper fore, Iurisconsultus asserit in l.fin.ff. de prob. cui propterea opinio pualere non debet. l.vulgaris.§.si is.ff.de furt.cum innumeris concordantibus,quæ & omnibus modis quærenda est, idem Imperator in Auth. de tabel. circa princ.& in l.1.C.de edend.pulchra multa de ueritate magno verborum apparatu, vt eius mos est, affert Alber. & in l. cum ita legatum.ff.de cond.& demonst.Exul fiat à Republica nostra falsitas, inquit idem Imperator in l. Iubemus.C.de testam.

556 Pro adinueniendo hãc ueritatem,† quę remedia iura non adinuenerunt? varia etiam genera tormentorum cõtra eos proteruos, ac delinquentes, qui eam fateri nolunt, introducendo toto titulo, ff.& C.de quæst. & quæ latè describunt Mars. Brun. Vital.Carer. Ludouicus, & alij huiusce classis Doctores, etiam per Vinum.
557 Vnde † in Vino veritas ueteri adagio dicitur; & cum pro inue-
nienda

nienda veritate tormenta adinuenta sint, quia per vinũ aliquando veritas ipsa perquirebatur factũ est, & antiquum prouerbium vinum tormentum, & in vino veritas.

† Et cum aliquas personas leges prærogent, ne inuitæ testificari cogantur contra aliquem, veluti attinentis vsque ad septimum gradum. glossa in l. si fęmina. C. ad turpill. quam ibidem sequitur Angel. & tenet Imol. in cap. delictorum, de test. etiam de quibus apud Clar. quæst. 24. vers. scias tamen, & aliquas etiàm volentes ob reuerentiam, & nimium amorem non admittat, vt filius contra parentes, & parentes contra filios, Imol. in d. l. c. delictorũ. Felin. in cap. super, de test. ibi, & † Quid de filijs, & parentibus spiritualibus, quando veritas aliter haberi non potest, ut ipsa habeatur ad testificandum multoties cogit. gloss. in d. c. super eo, & in cap. statuẽdum 11. q. 6. Imol. in d. c. delictorum. Clar. in d. q. 54. vers. scias, ubi tamen dicit consulendum esse Principem, qui pensata facti, & personarum qualitate id statuet. Verumtamen quod aliter veritas haberi non possit, ab allegante probandum est. Imol. But. & alij in d. c. delictorum. Orianus in rep. c. Quoniam contra veras Testium depositiones, d. nu. 44. de probat. vbi allegat rationem, quod cum personæ ipsæ priuilegiatæ habeant intentionem fundatam à iure, vt ad testificandum compelli non ualeant, allegans aliter ueritatem haberi non posse, illud probare tenetur. † Veritatem foro attribuit Quintilianus declam. lib. 6. ca. 5. & Ias. cons. 77. lib. 1. Audacter concludit non solum Veritatis proditorem esse, qui palàm dicit mẽdacium, sed qui liberè veritatem non defendit: Et qui ueritatem non defendit, tam est in uitio, quàm qui Patriam, parentes, & amicos deserit; vt Cic. Offic. 1. † Veritatem aliquando falsitate oppugnari posse visum est, expugnare vero nunquam, quia tandem † Veritas omnia superat, & omnia vincit. gloss. in cap. Consuetudo, in verbo iniuriarum, in fin. 8. distinct. Host. in cap. in audientia, de sent. excom. † Et in conflictu opinionum, quod nam fortiùs esset in mundo, eorum qui ad excubias circa corpus Darij soporati stabant, illic suborto cum vnus dixisset, fortè est vinum, alter fortior est Rex, tertius scripsisset fortiores sunt mulieres; ultimus ex ipsis dixit fortior est Veritas, & præter ipsum, scopum nemo attigit. Vnde satrapę Darij re ad eos delata

558 559 560 561 562 563 3. Esd. 3.

delata iudicauerunt omnibus fortiorem esse ueritatem, dicentes: Vinum iniquum, iniquus Rex, iniquæ mulieres, ipsæque omnes filiæ hominum, & iniqua illorum opera omnia, & non in ipsis veritas; Etenim in sua iniquitate peribunt, & veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinebit in sæcula sæculorum. Nec est accipere personas, neque differentiam, sed quæ iusta sunt facere omnibus iustis, & malignis, & omnes benignitates in operibus eius, & non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo regnat, & potestas, & maiestas omnium tuorum Benedictus Deus veritatis, & desijt loquendo, & omnes populi clamauerunt, & dixerunt magna est ueritas, & præualet.

564 Sed proh dolor cum veritas foro attribuatur, tamque potens sit, etiam propter ipsam veritatem acta iniciata sint. l. in Donationibus. C. de donat. Cur versutijs calliditatibus, ac malitijs, forensia negotia sic pertractantur? Quod & dedit occasionem Summo Pontifici obiurganti malitiosum litigatorem, dicēdi; Ad conuincendum eius malitiam reum ad vestram præsentiam conuocetis. cap. Prout. de dol. & cont.

Veras amicitias sempiternas esse, Cicero de Amicitia asserit, qui & scribens ad Trebatium, dicebat; Pro nostro ueterrimo, ve-
565 rissimoque amore; Igitur † ad eam inueniendum omni cura, ac sollicitudine Iudices elaborare debent; ut inquit Dec. in d. cap. quoniam contra, de prob. qui allegat plures, & pulchra etiam adducit Soc. in c. Fraternitatis, col. 1. de testib. Franc. Niconit in eodem c. quoniam contra, col. fi. & Bal. cons. 288. lib. 2. & cons. 293.
566 lib. 3. ubi dicit, veritatem maximopere esse æstimandam, † quia ea basis est, & iustitiæ fundamētum, quæ & excludit omnem con-
567 suetudinem. cap. veritate. 8. dist. veritas etenim † elucet ipsa per se, & per se ipsam in nostram notionem venit. cap. 1. circa princ. de scismat. in 6. Rerumque ueritas latere non potest. Spec. in tit. de Aduoc. §. 3. in princ. magna igitur, & omnibus fortior est ueritas,
568 & ea quidem potentissima, sine qua Rex est tirannus, † qua inuenta suas leges emendare Imperatores non pudeat. §. 1. versic. non
569 enim in auth. de nupt. † Quamque vsque ad animæ, & sanguinis effusionem Summus Pontifex defendere profitetur. cap. sunt quidam. 25. q. 1. Veritas non quærit angulos, nec malitiam, sed simplicita-

plicitatem, quæ est amica legibus. §. Antiqua. Inst. de suc. ab int.
† Bella non sunt, iusta sine veritate, & exercitus, ad hoc comparantur, ut pro veritate dimicent. gloss. in clem. Pastoralis, de re iud. in 6. iustum fuit bellum filiorum Israel, contra Amorreos, iniustè denegantes eis transitum innocuum per eorum terras. cap. Notandum. 23. quæst. 2. Natura ipsa ueritati cedit, quia eum per eam procliues simus ad malum, pro veritate abnegamus nosmetipsos, & ei subijcimur. Scientia ad solam veritatem ordinatur, vt inquit Lactan. in princ. diu. inst. dicente etiam Imperatore in authentico, ut defuncti, seu funera eorum, in princ. Quod qui causas examinat, Veritate eas examinare debet, si non vult ad culpam venire; Veritati quoque cedit consuetudo, quæ sine veritate vetustas, erroris dicitur. c. consuetudo. 8. distinc. de ea dicitur principium verborum tuorum veritas, & alibi, Omnia mandata tua veritas, veritas tua vsque ad nubes, Et ueritas tua in circuitu tuo,

570 *Num. 20.* *Deut. 2.* *Psal. 118.* *Psal. eod.* *Psal. 25.* *Psal. 35.*

571 † Veritas est fortitudo Regum: Et potestas, ac maiestas omnium Regnorum, Quam terra omnis inuocat cœlum benedicit, & omnia contremunt: Et sine qua omnia sunt falsa, & cũ ea quicquam iniquum nõ est.

572 † Lumborũ nostrorum cinctorium ueritatem appellat Apostolus, *Ephes. 6.*

573 † Virtutis fama durationem non habet, si veritati annexa non sit; vnde Ouid. in 2. fast. ait.

Et memorem famam, qui benè gessit habet.

574] Socrates quærenti cuidam, quomodo quis optimam famam compararet: Si gesserit optima, & locutus fuisset, pauca respondebat. Et Thales Milesius interroganti cuidam, quomodo optimè, & iustissimè uiueremus, si (inquit) quæ in alijs reprehendimus, ipsi non faciamus; & si quis aliquando uirtutis magnam famam falsis vulgi opinionibus habuerit, tamen in fine per Veritatem falsam, illa gloria non perdurauit, ut inquit Boetius in 3. de cons. † Mutius dixisset, compendiariam uiam ad consequendam gloriam esse, ut talis quisque sit, qualem haberi vult, quod dicebat Socrates à Cicerone relatus in 2. offic.

575 Sed, O veritas cum potentissima sis: Quam multi in terra te oppugnant. At credo, quia (ut inquit) Flaccus sæpius uentis agitatur, ingens Pinus, & celsæ grauiore casu decidunt turres. Et feriunt summos fulgura montes, sed ad rẽ redeundo ex eo, quod est,

O uel

uel non est, dicitur oratio uera, uel falsa; Et secũdum Auicennam, Veritas cuiusque rei est proprietas sui esse, quod stabilissimum est ei, & oratio concordans rei est uera, & discordans falsa. Oppu-
576 gnata † igitur primo ueritas in Coelo à Lucifero; Eadem & à pri-
577 mis Parentibus in Paradiso deliciarum, † Impugnatur quotidie à superioribus terræ, quando iustitiam, & iudicium non faciunt: Et à consiliarijs eorum, quando quæ iusta sunt, eis non suadent; Impugnatur à Iudicibus, quando non iustè, & secundum leges iudicant.

Oppugnatur à religiosis, quando cum hypochrisi uiuunt; Oppugnatur ab Aulicis, quãdo adulationibus utuntur ab Aduocatis,
Rom. 2. quãdo iniustè patrociniãtur; Oppugnatur à Christianis omnibus
578 quando auditores tantum, & non factores uerbi Dei sunt, † Veritas est ad instar radiorum Solis, & saporis; Lux est amabilis oculis puris, sed habentibus oculos lippos, odibilis est, nam D. Augustinus ait, oculis ægris odiosa est lux, quæ puris est amabilis; Panis palato sano est suauis; Qui infirmo est insipidus: Et ut tan-
579 dem circa hoc per orem: Inquit Tullius de Amicitia: † Quorum aures clausæ sunt ueritati, ut ab amico audire uerum nequeat, ho-
Prou. 12. rum salus disperanda est. Labium ueritatis firmum erit in perpe-
580 tuum, inquit Sapiens. † Verum ea tandem de omnibus ipsis oppugnatoribus triumphat; Primo triumphat de legibus, quæ non iustificantur, nisi in sola ueritate. d. l. illicitas. §. Veritas. ff. de offic. Præsid. unde dici solet, quod in foro conscientiæ semper ueritatem in iudicio uerisimile quandoq; sequimur. ca. is, qui de spons. triumphat de consuetudine, quia malam reprobat, bonam confirmat. cap. ueritate. d. 8. dist. c. fin. de consuet. triumphat de cõscien-
581 tijs, quia serenat ipsas, de qua dicitur; † O quam difficile est crimen nõ prodere vultu; triumphat demum de calumnijs, quia ca-
Psal. 90. lumniatos tandem, iustificatos apparere facit. Scuto circumdabit to veritas eius, nõ timebis à timore nocturno: Et vt inquit D. Gre-
582 gorius in suo Pastorali; Nihil est ad defendendum puritatẽ tutius,
583 † Et nihil ad defendendum veritatẽ faciliùs, † Veritas facit Martyres; Qui pro veritate ipsa passi sunt. cap. vide. 1. q. 1. Fides ueri à calumnia te defendit; inquit Imperator in l. si non conuitij. C. de iniur. Triumphat demum de omnibus operibus nostris, siue bonis,

nis, siue malis; de bonis, quia licet aliquando bona uisa non fuerint, ex post bona ipsa apparere facit; de malis, quę si aliquãdo bona visa sunt; tamen veritas tandem in contrarium apparet, & facit vt falsitas, se ipsam accuset; dicente eodem Lact. in 2. diu. inst. Veritas ipsa cogente natura, etiam ab inuitis peccatoribus erumpit. Vnde dicitur ille homicida erat à principio, & in veritate non stetit, quia veritas in eo non erat, quid plura? Mundus ipse de mendacio pro veritate triumphat, qui quos aliquando in despectum habuit, & neglexit mortuos laudat, & commendat, vt de Christo Saluatore nostro legimus, qui cum viuus à malis seductor reputaretur, & quod per rapinã arbitraretur se esse equalem Deo. Mortuus ab illismet filius Dei publicatur: Vere filius Dei erat iste *Matt.* 27. dicebãt, sicuti & quos indignè extollit, mortuos indignos declarat. Oppugnatur quidem veritas, sed non expugnatur.

Atqui vtinam ea tot haberet inuentores, quot habet impugnatores, † Diabolus, priscis illis temporibus quibus oracula reddere solebat, licet mendacissimus sit; vt Deus tamen videretur 584
apud perditas illas gentes (nam Dei proprium est non mentiri, & futura præscire, iuxta illud, Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quod Dij estis vos). Mentiri refugiebat, & consultus potius, quàm mentiri amphibologicè respondebat; ut ad vtrumque sensum eius responsia valerent. Vt patet de illo, qui profecturus ad bellum, cum interrogasset Dæmonem, num Redux futurus esset respondit: Ibis, redibis, non moreris in bello, nec rediit, sed mortuus est in bello: Sicque mentitus non fuit: Et apud Statium. *Esa.* 41.

Aio te Eacidam Romanos vincere posse.

Eandem Dæmonis fallaciam ostendere volens Maro Æneidos 3. sciscitante Ænea Oraculum Delphicũ; Quas nam terras petiturus esset, sub dubio, & enigmaticè respondit Dæmon, inquiens.

Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum,
Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto,
Accipiet reduces; antiquam exquirite matrem,
Hic domus Æneæ, cunctis dominabitur Oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Quod magnam confusionem peperit ipsis Troianis, de qua nam

terra intelligere voluisset, an de Latio, vel quali, & licet nixi fuerint illud interpretari, ad eorum commodum, tamen uerum dixit Oraculum, etenim sensus illorum verborum talis esse potest, ut tellus quos tulit Teucros eadem exceptura esset mortuos; Et quae antiqua mater omnium est, & eadem etiam acceptura eos, at omnes descendentes ab Ænea, quia omnes morimur, & sicuti aqua dilabimur: simili fallacia, atque ęquiuocatione Diabolus decepit
Gen. 3. Euam, etenim dixerat, Deus Adæ, quacunque hora de arbore illa comederitis, morte moriemini, scilicet ęterna, & spirituali, At Dęmon dixit, Nequaquam moriemini morte, scilicet naturali, & pro nunc, sed postea, Non tamen seduxit Adam.

585 † Isidorus in lib. de summo bono exclamando, dicit, quam magna est uis veritatis; Quæ omnia ingenia, & calliditates, atque astutias superat; quæ contra ficta, simulataq; figmenta, se ipsam defendit; Quæ demum post Deum, vbique colenda est. Quia colendo ipsam veritatem, Deum colimus, qui Veritas est; † Et quæ
586 per dissimulationes, etiam exemplo Salomonis quærenda est. cap. Afferte, de præsumpt.

In tantum, vt cum multoties propter ingenij nostri imbecilli-
587 tatem eam attingere, haud valeamus, † Quod verosimile est amplecti debemus. Bald. cons. 175. lib. 6. Castr. cons. 180. Iudex est Minister Dei. lib. 1. & Fulg. cons. 162. relatus à Bolognino in consil. 36. vbi dicit toto posse veritatem ipsam defendere, ac iuuare
588 conari nos debere, † Ex quo manifestè comprehenditur; Quod resistere calumnijs, & punire proteruos, & mendaces, summa vir-
589 tus est. † Verisimile ita attendendum est, ignorata veritate, vt ei
590 non minus, quam vero standum sit; † Illud nanque cognatum naturæ dicitur; verumque præsumptum appellatur. Bald. cons. 180. Mortuo filio lib. 3. Dicente Colum. lib. 3. cap. 9. Id cum sit uerisi-
591 mile, tum etiam verum esse nos docuit experimentum, † & uerisimilia dicuntur, credibilia, consentanea, conuenientia, & probabilia. Tiraq. in repet. l. si vnquam, in Præfat. num. 43. cum seq. C. de
592 reuoc. donat. † eaq; est uis, atque potestas verisimilis est vt ser. illud, ad ueri ipsius cognitionem facilè inducamur. l. Obligatione. ff. de pign. c. fi. de off. vic. in 6. † sicuti ab inuerisimili facilè in falsita
593 tem proijcimur, † Etenim quod à uerisimili distat speciem falsitatis

tis habet. Bal. in l. Quicunque. C. de seru. fug. Gram. Dec. 28. nu. 1. 594
id facilè videbatur, quia simile uerò uidebatur; inquit Cic. ad Cassium. † Verisimile ualet ad coniecturandum defunctorum, & con- 595
trahentium uoluntatem. l. in obscuris. ff. de reg. iur. cap. Inspicimus. eod. tit. in 6. & cap. Quod uerisimile, vbi Pan. & Fel. de præsump.
† Item, & ad conuincendum quem de malitia, ac proteruitate. d. c. 596
Quod uerisimile, & cap. Scribam. eod. tit. † & qui uerisimile ha- 597
bet contra se duriori, afficitur probatione. Pan. quo superiùs allegato, cap. Quod uerisimile. † Vnde Henricus Imperator cum eius 598
vxor in senili ætate esset pregnans, ut ea palàm pareret, ne qua esset fraudis, & suppositi partus, suspicio uoluit, refert Angelus in l. si maior. C. de leg. hæred. † Verisimilis debet esse confessio in cri- 599
minalibus ad condemnandum. Bal. in l. si quis in hoc genus, col. 1. C. de Episc. & Cler. notatur in d. c. Qua uerisimile, & in l. non est verisimile. ff. quod met. causa. † Credens verisimili excusatur. 600
Dynus in d. reg. Inspicimus. † Et licet aliàs semiplenè probanti 601
suppletorium iuramentum deferatur, per notata in l. Admonendi. ff. de iureiur. † tamen quando contra semiplenam probationem, 602
verisimile adest; illud tunc nõ defertur. gloss. notabilis, in d. l. Non est uerisimile, quam magni facit Bald. ibi, idem Bald. Aluar. & Præpos. in cap. Præterea, in tit. Quid sit inuestitura, in usib. feud. Casus multos ponit. Euer. in sua sesquicent. in loco à verisimili.
† Et uerisimile dicitur, quod rebus sensatis concordat Doct. in d. 603
l. Non est uerisimile. † Rursus propter ipsum uerisimile, quando 604
uerisimile est, quẽ deieraturũ, iusiurandum ei, haud defertur, per notata in l. Ambiguitatis. C. de ind. uid. toll. c. Clericos, de cohab. cler. & mul. Ias. in l. 1. col. fin. uers. Quinto limita. ff. qui sat. cog. per quem textum. Mars. in l. Quæstionis, num. 33. ff. de quæst. Concludit, † Reo de crimine accusato, uel inquisito, super eo crimine 605
iusiurandum, deferendum non esse, quia uerisimile è potius eũ esse
deieraturũ, quàm proditurum ueritatem, in sui perniciem. † Quod 606
malè seruant latrunculatores nostri temporis, qui passim, reos ipsos sub iuramenti uinculo accusationi, & inquisitioni respondere cogunt. Dicit & Osasc. decis. 66. num. 5. ubi & concludit † pos- 607
se quidem Iudicem, pœnam de dicenda ueritate litigatoribus imponere, eamque exigere; allegat Cagn. in rep. l. Vnicæ, num. 91.

ff. si

ff. si quis ius dicenti non obtemp. at non in huiusmodi casibus extorquere iuramētum. Plura de verisimili videri possunt, apud Tiraquellum, qua superiùs allegata.l.si vnquam, in Præludijs: Veruntamen, vbi de ipsa ueritate constat, cessat verisimilitudo.l.fin. ff. de Prob.

608 † Veritatem Saturni filiam, eo quod filia temporis Veritas dicatur, fingit Antiquitas, quam & in Puteo demersam, dicebat Democritus à turpique anu depressam asserebat, sed paulatim ab ipso Saturno depromebatur, renitente anu ipsa per quam falsita-
609 tem figurare volebat; † Quæ ne veritas emergat, enixe elaborat. Verum vt tandem prodeat necesse est, & secundum illud Catoniani dicti,

Temporibus peccata latent, & tempore patent.

Enimuero tempus æquiualet veritati glossa magna. in l. 1. C. de seruit. & aqua. Quod declarat Bal. in l. 1. vers. Item glossa. C. de fideicom. si consuetudine vestitum fuerit, rem incomprensibilem Pyrrho Philosophus reputabat esse ueritatem.

610 † Veritatem ad casum fictum non extendi superiùs diximus, tanquàm fictio sit contra veritatem, pro ipsa veritate assumptio. † vnde substitutio facta, si institutus sine filijs decesserit, de veris, & non de fictis intelligitur. arg. l. vltimæ. C. de his, qui ven. ætat. impet. l. Sancimus. C. de nupt. clarè Bal. in l. Cum acutissimi, col. 1. vers. Quæro quid si Pater. C. de fideicom. & in l. fideicommissum.
611 ff. de cond. & demonst. † Pari ratione in contractibus fictio locum non habet; In quibus sit stricta, & propria interpretatio. Bal. in l. filium. col. 1. vers. ita nota, Quod Monasterium. ff. de his qui sui sunt, vel alien. iur. Verū & hoc duas habet restrictiones. Primam quando actus circa quem ius fingit, naturalem rationem, & publicam vtilitatem in se continet, ut in Postliminio, in quo lex fingit, captiuum semper fuisse in Ciuitate, qui re vera non fuit. l. 1. ff. de capt. & postl. reuer. ea ratione, quia hoc habet in se naturalem rationem vt captus, si reuertatur, fingatur retro semper in Ciuitate fuisse, ut ibidem notant Doct. & in casu l. captum. C. de Postlim. reuersis. Rursus, & si antequam caperetur rite quis fecerit testamentum fictione legis Corneliæ, illud non irritatur, sed valet testamentum. §. fin. Inst. tit. Quibus non est permiss. fac. test.

Idem

Idem dici potest de communi errore, qui suadente ipsa naturali ratione ueritati ipsi antefertur, ut in terminis legis. Barbatius. ff. de offic. Prætoris. † Et isthæc quidem fictio translatiua dicitur. 612
Secundò, quando eadem ratione, Mortuum fingit, qui non est, & hæc dicitur fictio priuatiua, de quibus Bar. & Imol. atque alij in l.si is qui pro emptore.ff.de vsuc. & statutum de ueritatē disponēs, non uendicat sibi locum, si veritas per viam fictionis introducta est. Tiraq. in l. si vnquam, in uerbo, Suscepit liberos, nu. 7. C. de rescin. donat.

Mendacium ita leges abhorrent, amantq; ueritatem, † vt etiam 613
sub ueri, dissimulatione illud proferri uetent; Etenim si quis decem causa mutui, sub spe tamen futuræ numerationis habuisse confessus fuerit, licet scriptura, Verum contineat, nēpe quod confessus fuerit habuisse, includat tamen mendaciū, quod re uera habuerit; Nihilominus quo veritati locus sit, per exceptionem non numeratæ pecuniæ, † quæ intra biennium conceditur. l.in contra- 614
ctibus. C. de non num.pec. Confitenti, ne teneatur succurrunt. Bal. in l. 1. nu. 2. C. plus ual. quod agi quam quod simul con. vbi Valerianus, & Galienus licet ethnici; veritatis excellentiā cognoscentes, expresse enunciant. † In contractibus, Veritatē potius, quàm 615
scripturam attendi debere: Quicquid dicat tex. in l. Prætorem. ff. fam.ercis. opinionem ueritati præferri, quoniam illud ibi dicitur, propter auctoritatem rei iudicatæ, non autem ut opinio ueritati præferatur; & ne lites multiplicari contingat, quas resecare quantum possunt leges contendunt, vt superiùs præfati sumus; & ob quod † rem ipsam iudicatam pro ueritate haberi uolunt, fictione 616
inductiua. l.ingenuum. ff.de stat.hom. l.res iudicata. ff. de reg.iur. vbi Dec. Cagn. Mayn. & alij.

Et differt fictio à præsumptione, ut fictio sit super facto, & qui- 617
dem certo, præsumptio autem super incerto, & super iure. † Fictio 618
semper est contra veritatem, pro veritate, Presumptio autem cum veritate stat, & dispositum, in casu uerò habet locum, in casu præsumpto, per notata in l.Possessor. ff. de relig. & sumpt.fun. Fictio est quando ius certum de aliquo facto fingit statuendo oppositum. Presumptio autem est super dubio, verisimili tamen gloss. in l. vnica. §. accedit. C. de rei ux. act. & est casus in cap. is qui, de spons. ubi

cum

619 cum † idem operetur præsumptio iuris, & de iure quod ueritas in foro iudicia. † concurrentibus matrimonio uero, & præsumpto, statur priori licet præsumpto. ubi Panor.

620 Illud prætereundum non duxi, quod & assentatio, species falsitatis deterrima est, & quæ ueritati ipsi ita aduersatur, vt cum in reliquis falsitas, Iudicem, & partem, contra quos profertur lædat,
621 Pestiles adulatio totã Ciuitatẽ inficiat, & de qua dicitur, † Oleum
Psal. 140 peccatoris non impinguat caput meum, Oleum peccatoris, ibi interpretatur glossa. falsam adulationem, & refert Iustinus de gestis
622 Alexandri Magni, † Quod cum nauiganti Alexandro ab Aristobbano datus fuisset liber in quo eius gesta describebãtur, cognoscẽs
623 ex eo Alexander, quod multa de eo dicebantur, quæ re uera non erant, iratus, librum in Idaspem Fluuium, per quem nauigabat coniecit, & conuersus ad Scriptorem dixit, tu magis quàm liber demergi debueras, præclarum quidem factũ denotãs, † Magnum Principem factis magis, quam falsis adulatorũ vocibus clarescere debere, & porro quid aliud est: Assentatio quàm turpe fœdus seruitutis, vt inquit Tacit. in suis Historijs, Duo esse genera persecutorum; inquit D. August. super Psalmos, Lingua persequẽtium, & lingua adulantium, sed plus persequitur lingua adulatorum, quam manus persecutorum. Adulatores sunt ad instar Sirenarum, quę animas in peccatis dormire faciunt; Et de quibus Esai. 13. ait, Sirenæ in delicijs voluptatis; & de qua Ouid. lib. 1. de Art. Am.

Impia sub dulce mella venena latent.

Et Montanarius in luna celeri.

Surgit Adulator, lac peccatoris ad vber.

624 Veritatem hanc Præses Pilatus licet Iudex ab eo, qui summa est Veritas, scire magnopere cõcupiuit. Dum corã eo dicente Do-
Ioan. 18. mino: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati, & addente: Omnis qui ex ueritate est, audit uocem meam, Quid est ueritas? Pilatus eun percunctatus est. Quam tamen Christus aliter ei patefacere noluit, cum satis eã ex operibus, ac miraculis eius cognoscere potuisset, uel for-
625 san id factum fuit, † quia cum Pilatus populum ethnicum figuraret; volebat ob id præseferre, quod post eius in Cœlum ascensum: Per Apostolos etiam Ethnicis ipsis patefieret: atque euulgaretur, uel

vel vt ita dicit Pan. in cap. & si Christus, de iureiur. ne iactaret se ipsum, qui est Veritas: Propter veritatem, & mansuetudinem, & *Psal. 44.*
iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua, de veritate dicitur † 626
Misericordia, & Veritas custodiunt Regem, † & Rex qui iudicat in 627
veritate pauperes, Thronum eius in æternum firmabit. *Prou. 19.*

Igitur circa hoc perorando concluditur, quod † cum omnis Dei 628
lex, quæ in cordibus hominum scripta esse debet, veritas sit; † Et 629
quidquid bonum, iustum, ac rectum est, absque ea esse non possit; *Hebr. 8.*
vnde verum aliquando pro bono, æquo, & iusto accipitur. Bald. in l. scire leges. ff. de leg. l. omnes. ff. de rest. in integ. l. si fideiuss. in fin. ff. de leg. 3. Vnde apud Horat. epist. lib. 1. † Metiri se quem- 630
quam suo modulo, ac pede debere, verum est. Verum enim ibi accipitur pro iusto, & vt apud Cic. Pro L. Mur. ibi Cato negat beneuolentiam allici cibo, sequitur, vt † Mendacium, seu falsitas ei con- 631
traria turpis semper vitiosa, flagitiosaq. sit, & in quibus veritas virtus est (in omnibus namq. semper est virtus) in illis suum contrarium nempe mendacium vitium semper existat; dicēte D. August. superiùs allegato tractatu, contra mendacium, cap. vlt. † Quisquis 632
esse aliquod mendacij genus, quod peccatum non sit, putauerit, decipit se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem, aliorum arbitretur, illud summoperè omniq. nostro conatu vitare debeamus.

† Et cum verba ideò ad enunciandum mentis nostræ cōceptum, 633
adinuenta sint, ne per ea homines se ipsos fallant, sed (vt dictū est) quo eis quisque in alterius notitiam cogitationes proferat, verbis ipsis vti ad fallaciam, non ad quod instituta sunt, non debemus. Quod graue piaculum est, vt inquit idem D. August. in Enchiridio, vt habetur in cap. is autem. d. 22. q. 1.

† Nec ideo vllum Mendacium putandum, est non esse peccatum, 634
quia possumus aliquando, alicui mentiendo prodesse; possumus & furando si pauper cui palàm datur, commodum sentit, & diues cui clàm tollitur, non sentit incommodum prodesse, nā nihilominus peccatum est, & ita veritas dicenda est, vt † eam celare, etiam læ- 635
tale peccatū sit. c. quisquis 11. q. 3. notatur, in c. 1. de Crim. fal. Pan. in c. 1. num. 2. de test. cog. & in c. 1. num. 4. de crim. fals. vbi declarat id intelligi, quando inducitur in testem, vel aliter eam dicere tenetur.

636 Sex odit Dominus, inquit Sapiens, & septimum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes, innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias,
Prou. 29. & Princeps qui verba mendacij libenter audit, omnes ministros habebit iniquos, dicit idem Sapiens: Et retrocedentibus aliquibus discipulis Domini, cum Christus duodecim dixisset: Numquid &
Ioh. 6. vos vultis abire? Petrus Veritatem hanc enũciare volens, respon-
637 dit, † Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes?

At qui quod superiùs ex mente D. August. diximus, omne men-
638 dacium esse peccatum, restringunt aliqui, † vt viris perfectis omne mendacium lætale sit; quia nullus perfectus, pro vita alicuius temporali, mentiri debet freti, auctoritate eiusdem D. August. super Psalmos, quod, & habetur in c. ne quis. d. 22. q. 2.

Verum D. Thomas in 4. sen. dist. 16. q. 3. cõtrarium tenet; Nem-
639 pè † vt nulla circumstantia aggrauet infinitum, nisi quæ speciem mutat, clarè explicat Nauarrus in suo Enchiridio, cap. 6. num. 3. & idem D. Thomas in suis Quodlibetis, asserit, quod cum eadem fallendi intentio, in vtroque sit, vterq. æque peccat: Vnde in hoc, nihil refert, an id fiat, à perfectis, vel non perfectis.

Quid refert vtri Virgis, ferroq̃ necari? vt inquit Horatius.

640 † Sicuti in homicidio nil refert, an securi, vel ense quis hominem occiderit. Quare ad aliam doctrinam, eiusdem D. August. in lib. de mendacio, cap. 14. recurrendum est; vbi secundum genera mendaciorum, quæ ponũtur ibi, quis lætaliter, & non lætaliter, plus, minusve peccare asserit, & latiùs diximus in nostra Hierarchia lib. 2.
641 cap. 11. † Suauis est panis mendacij, & postea implebitur os eius
Prou. 20. calculo. Inquit Sapiens.

642 Sed cum aliud sit mentiri, aliud veritatẽ occultari, † Quæritur
643 modo nũquid q̃ veritatẽ ipsam tacet, vel eam occultat, falsum dicere uideatur; prudentiq. dissimulatione veritatem ipsam occultare conueniat? Et quandoque concedi: Inquit D. August. eodem
Gen. 20. lib. contra mendacium, ponendo exemplum de Abraham, qui Sarram sororem suam, quæ erat ei, & vxor simpliciter eius sororem dixit, & de alijs sanctis Viris legitur, qui prudenti dissimulatione,

quod

quod verum erat, tacuerunt: Illud tamen non negauerunt, etenim & Iacob misticè finxit se Esau, quod significabat populum Gentilem, qui respectu Populi Hebræi, secundogenitus erat, in locum Populi Hebræi substituendus: Sic Iudith prudentissima, & pulcherrima mulier se habere aliquid, quod diceret, Holoferne propter salutem populi sui Bethuliæ, pro quo mortis periculo manifesto se exposuit, dissimulauit, nec tamen mentita fuit. *Gen.* 27. *Iudit.* 10.

Quod & inferri potest ad statuta, seu Principum constitutiones, 644
contra Supplicantes falsum, vt ita demũ pœnam ipsam incurrant si Principi obreptum, aut subreptum fuisset, in his in quibus Princeps deceptus fuisset, & propter ipsam obreptionem, seu subreptioptionem inductus fuit, ad cõcedendum quod alias non concessisset: Non autem si circa ius scriptum, circa quod fraus committi nõ potest, glossa & Doct. in d.l. præscriptione, alios casus ponit Felin. in cap. super litteris, num 8. de rescriptis; qui refert Vrban. II. Papam, respondisse cuidam Auditori Sacri Palatij, quod de qualitatibus iuris mentionem facere opus nõ est. † Et quòd Princeps in scrinio 645
pectoris habere censetur. l. omnium. C. de test. c. 1. de const. in 6. cap. sæpè, de appellat. Nam licet Princeps Doctor iuris non sit, re ipsa scientia est, tamen in eo propter sapientes quos habet penes se, & sine quibus, quæ ad Principatus regimen, & iustitiam sunt, quicquam non agit, ita interpretatur, Ias. per multa quæ allegat in d.l. Præscriptione, n. 10. & plenus Philosophię dicitur. l. Post. C. de his quibus, vt indig. l cum Syllanianum, vbi Bal. C. de his quib. vt ind.

Rursus, aliud est mentiri, aliud est mendacium dicere, secũdum 646
Politiorum litterarũ professores, nã qui mentitur, ipse non fallitur, 647
quidem, sed alterum fallere conatur, qui autem mendacium dicit, ipse fallitur. Gellius noct. Attic. lib. 11. c. 11. qui refert Publium Nigid. sic asserentem; Verum confunduntur hæc nomina apud Leguleços, ut in d.l. de ætate. ff. de interrogat.

Transit autem in aliam speciem mendacium, quando iusiuran- 648
dum, permixtum habet; Quod Periurium dicitur, quodq. est mendacium iuramento firmatum, vt inquiunt Theologi, & dicit Clar. in §. Periurium, in princ. & per quo grauis incurritur criminalis pœna, vt ibidem dicitur clarius, & cum falsum iurans mentiatur, damnabilior est, quia mentiendo peierat. cap. Animaduertendum.

650 §.item quòd falsum.22.q.2. † Sed & illud perniciosum est periurium, cum quis veritatis non dicendæ, iuramentũ præstabit. Quod vtique non valet, cap.olim de accus.l.fin.ff.qui sat.cog.Specu.in tit. de inquisit.§.viso igitur, vers. quid si ante. Nam si ex se præstitum est, tanquàm temerarium non ligat, si in manibus alicuius, necessaria est eius relaxatio, ut dicunt Pan. & alij in d.c.olim, & cũ multa liceant, quæ non expediunt, & è contra, ut dictum est, veritatem negare, nunquàm expedit; vt inquit Iurisconsf. in l. illud. §. fin. ff. de tribut. act.

651 Cicero in primo officiorum, Veritatem, materiam prudentiæ, ac sapientiæ esse asserit: sic inquiens, In sapientia inest indagatio, atque inuentio veritatis, cuius virtutis munus est proprium, vbi, &
652 dicit, † Scientia, quæ remota est à iustitia, calliditas potiùs, quàm sapientia est dicenda, & Philo. 1. Metaph. ait omnis scientiæ finis est Veritas, & scientia est infallibilis notitia veritatis, vt inquit Bal. in l.scire leges.ff.de legibus.

653 Et profectò si scientia ita intellectum informat, sicut anima corpus, sine scientia intellectus hominis, quasi sine forma dici potest;
654 Vnde & ibidem iisdem Cicero ait, quod † Multi homines nomine pauci re sunt, quod præ se ferre voluit Diogenes ille Cynicus, dum interdiu lanterna ciracuẽs Ciuitatem, dicebat, quæro hominem, & non inuenio, sic multi; Sacerdotes, pauci Sacerdotes, dicit Ioan. Chrisostomus super Matthæum, & habetur in cap. multi, 40. dist.
655 Profectò sine veritate homo desinit esse homo, & † tam potens est veritas, vt cuiuscunque ab ore prodeat, à Deo uenire dicatur.

656 Nec in verbis solùm detestatur mẽdacium, sed & in falsis factis, & plus aliquando in simulatis actibus, quã in verbis, quanto quod exempla magis mouẽt, quàm verba. Neuiz. in silu. nupt. in verbo est nubendum, fol. 89. à tergo. Quod & Christus Saluator Noster
Matt.23. ostendere voluit, discipulis loquens, dum dicebat; Super Cathedram Moysi, sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia ergo quæcunque dixerint, vobis seruate, & facite, secundum verò opera eorum, nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt.

Pulchram illusionem, de hoc refert Theophrastus, seu vt nonnulli alij uolunt Ælianus de uaria Historia, quod cum quidam Chius iam senex Lacædemoniem, uenisset, & esset aliàs arrogans,

nec

nec suæ senectutis puderet (Canos enim capillos tinctura obliterare conabatur.) Progressus in publicum de rebus orationem haberet, quarum gratia venerat; Surgens tunc Archidimus quidã dixit, O Patres, quis illum tandem rectum diceret, qui mendacium non in anima solum, sed capiti quoque circumtenet? Igitur non mirum, si lex etiam humana, deriuata à lege diuina (vt dictum est) tantopere repellit mendacium; Verum namque enunciant leges, & verũ sequi profitentur, vt clarè enunciat Imperator, in d. l. vnica, C. de dedit. lib. tol. calumniari prohibent, dicente Caio Iureconsulto in l. si calumnietur. ff. de verb. sign. † Ideo calumniatores appel- 657
lati sunt protelatores, & frustratores litigantium, quia per fraudem, & frustrationem alias vexarent litibus.

Ita fallax, & deceptrix res est falsitas, † vt sub specie veri prodeat, 658
quò magis fallat, vt diximus, ea namque definitur; Vt sit † verita- 659
tis imitatio. §. 1. in princ. & ibidem gloss. in auth. de instrum. caut. & fide, vel ibi dici potest veritatis immutatio, licèt falsum nõ dicatur, quod veritatis primordio adiuuatur. l. cum filijs. §. hæres meus, de leg. 2.

Et Iurisconsultus hic noster Actori, qui de mendacio, aduersa- 660
rium conuincit, citam causæ victoriam, & rei negatæ possessionem, absque alio onere probandi rem esse suam, quę negatur, pollicetur.
† Antiqui quãdo mulier aliqua capiebatur, in bello tonsis crinibus 661
dabant eam victori, & nudam ad denotandum, quod veritas omni furamento expoliata esse debet, & vt uno verbo me expediam, lex, & Prophetæ; Profectò nil aliud, quam Veritatem ipsam enũciant.

Atqui, ne ita è vestigio pertranseamus; animaduertendum du- 662
co, quod dum dicitur hic, si poterit Aduersarius conuincere, rẽ ab aduersario possideri, transferat de eo in ipsum Actorem, possessionem, multas restrictiones, recipit ista conclusio. † Primo, si dolo, 663
vel lata culpa negatum fuerit, quod si nec dolo, nec culpa negatum fuerit pœnæ huiusce legis locus non est. Iason. in §. actionum, n. 96 instit. de action. Secundò, si onere probandi, quod reus conuentus negauerit Actor fuerit præ grauatus, ponderando verbũ illud conuincere, quod cum ad sui verificationem requirat, vt testibus similive genere probationis, mendax detectus fuerit. l. qui sententiam. c. de pœn. Boss. in tit. de conuictis, nu. 3. Clar. q. 66. circa princ.

Bald.

Bald. in l. fin. C. de probat. sola ipsa negatio, damno ammissionis possessionis eum non afficit.

Vndè non sufficit, quòd reus illam negauerit ad positiones, seu
664 in ipsa, seu in alia causa factas, † vel etiam confessus fuerit, in alia causa siquidem confessus, & conuictus, tamquàm diuersa, in d.l. qui
665 sententiam, & alijs quibus supra locis ponũtur, † Et ex diuersis non rectè de vno, ad aliud infertur. l. Papinianus Exuli. ff. de minor.

Differentiam inter prędicta ponit Summus Pont. in c. At si Clerici, de iudic. cuius verba sunt hæc; At si Clerici coram sæculari iudice conuicti fuerint, vel confessi de crimine, non sint propter hoc à suo Episcopo aliquatenus condemnandi; vti differentes etiam ab inuicem, ponuntur in l. 2. C. de exec. rei iudic. & in l. 2. C. Quorum appell. non recip. differentia hæc in Sacris litteris etiam depræhenditur, dum dicitur conuictus, morte moriatur, & habetur in cap. primo, de fur.

Quod & ex forma ferè omnium statutorum Italiæ, constitutum est; Vt in pœnis criminalibus, pecuniarijs infligendis spontè confesso certæ ipsius pœnæ pecuniariæ remissio, sicuti ex diuerso in conuicto, adauctio fiat.

666 Suadet etiam ethymologia ipsius vocabuli, vt conuictus, quasi vna, vel simul victus dicatur, hoc est propria sceleris conscientia, externaq. aliqua probatione.

Ex quibus non ineleganter quærunt hic Doctores, num actor Aduersarium de mendacio in huiusce legis remedio conuincere volens per positiones, iure id facere valeat, vt non possint; Mouen-
667 tur, quia cum † confessio, quæ ad positiones fit, non probatio, sed releuatio ab ipso onere probandi dicatur. gloss. in c. si post præstitũ, de confess. in 6. Spec. in tit. de posit. §. 2. circa princ. verbis huiusce legis ex quibus mens desumitur, quæ aduersarium conuinci expo-
668 stulat, haud satisfit, & † Aduersus propriam cõfessionem in eadem
669 causa factam positionibus, quis respondere non tenetur; † Quibus per iusiurandum calumniæ respondendum est, & aduersus prædicta, iurare non obstringitur, Bald. in l. 1. col. 20. C. de confess. Ioan. Monac. in c. 1. eod. tit. in 6.

670 Vndè cum reus conuentus, semel negauerit, licet iniuriatus contrariũ dicere, cum iuramento ad positiones, non cõpellitur; Quod & verba

& verba textus insinuare uidentur, dum dicunt; Ita ut si poterit Aduersarius conuincere, rem ab Aduersario possideri, transferat in se possessionē, etenim ex vi uocis ipsius poterit. † Quod difficultatem 671
in se includat, id intelligi potest; At difficultas vlla non esset, si per positiones id actori facere concederetur, & hæc est ueritas.l.qui iurasse.§.si Pactum.ff.de iureiur.& d.l. cum qui. Galeott. in sua Margherita.cap.18.num.5.

Igitur aliter actori ad cōuincendum reum ipsum conuentum de mendacio, circa possessionem negatam, quam per positiones paranda, via est. Vbert.de Bob.de Posit.num.14.

Nec eo, quia ex responsionibus ad positiones, sicuti ex uerbis li- 672
belli contra ipsum negantem, & producentem, vera resultet iuris confessio.l.cū precum.C.de lib.caus.l.ne satis datio.ff. rem rat. hab. & l.qui familiæ.ff.famil.ercisc.Roman. cons.37. ita ualidam resultare probationem ad reum uerè conuincendum, ex responsione ad positiones, dicendum est: Ego addo, quod sicuti ex contentis in libello, plena resultat contra libellantem iuris probatio, ut contenta in libello, confessata dicantur; ita ex responsionibus ad positiones, non minor probatio resultare debet: Atqui respōdetur, rectè quidem expositionibus, seu responsionibus ad positiones, plenam resultare probationem contra ipsum ponentem, seu respondentem, vt contenta in positionibus, uel confessionibus confessus fuerit. Quinimo nulla dicitur maior probatio, quam propria oris confessio, quæ & contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur.glo. in §.illud. in auth.de ęqu.dotium.Lanfran.in d.c.quoniam contra, in uerbo confessiones, nu. Tamen ex prædictis, nō in casu nostro, in
quo † ut negans, de possessione mendaciter negata, dicatur conui- 673
ctus, quod testibus aliove genere probationis superatus fuerit, requiritur; Nec sufficit, quod illud tacitè, seu expresè in aliquo alio actu confessus fuerit; Vtputa si producerentur confessiones ipsius rei, in alia causa, seu positiones, ex quibus resultaret ipsius possessionis probatio; siquidem conuictus ab ipsa confessione diuersitatem recipit.d.l.qui sententiam, & ex diuersis non fit illatio, ut superiùs dictum est.

Adijciatur, quia ex forma huiusce legis est, ut negans de possessione mēdaciter negata, ex probationibus per Actorem in eadem-

met

met causa factis; Non autem ex probationibus facto, uel dicto ipsius negantis, in alia causa resultantibus cõuincatur. Grat.cons.37. vol.2. faciunt dicta ab eodem Lanfranc.in d.c.quoniam contra, in uerbo exceptiones, uers. istud est etiam notandum, quæ differentia constitui potest inter responsiones ad positiones factas per negantem in alia causa: & in eademmet causa factas in utrisque enim eadem ratio uiget: Et utraque ex ore ipsius respondentis procedunt: Faciunt notabiliter dicta à Bart.in l.Certum.§. si quis absenti. ff.de confess. & in l.1.in ultima lectura, ubi etiam Ias. ff. de his, qui pœn. nom.Roman.cons.59.ad discutiendum in ultimo dubio; idem Ias. in l.2.in 2.notabili, & ibidem etiam Dec.in 3.notabili.C.de instit. & substit. idemq. Dec.in c.cum uenerabilis, col.12.nu.22. de except.Paris.cons.125.uiso processu, nu.17.lib.1.

Et porrò si huiusmodi conuictio per positiones, fieri posset, dictum huiusce Responsi destrueretur, mentiq. Iurisconsulti hic elicitæ ex uerbis aduersaretur.
674 † Qui intẽdit, ut ità demum, in odium negantis, de reo conuento in ipsum actorem rei mẽdaciter negatę, transferatur possessio, si onere probandi actor prægrauatus fuerit; Negantemq. mentitum fuisse probauerit: Ponderando uerba illa
675 consequutiua, † ita ut quæ restringendi præcedens dictum uim habent, ut superiùs diximus; & latiùs inferiùs enucleabitur; faciunt egregiè considerata à Neuiz. in cons.5.

At ego in fortioribus terminis aliam quæstionẽ constituo, num scilicet si actor nullum contra possessorem præmisisset præparatorium, an teneat, uel possideat, sed postquam in remedio ipsius rei uendicationis obtulisset libellum, dederit positiones, in quibus ponat reũ possidere, & reus neget, an sequuta tali negatione, Actor conuincendo ipsum reum de possessione mẽdaciter negata, immitti in possessione rei ipsius negatę ad dictas positiones, petere valeat: Et immitti eo dicendum uidebatur, quia cum negans ex huiusmodi negatione,
676 † uideatur fassus fuisse, sua non interesse, ex quo negauit possidere iniuria aliqua ei nõ fit possessionem ipsam in actorem transferendo quam se possidere negauit, opinionem hanc tenere uidetur Beninten.decis.84.post multa, quæ, pro, & contra allegat; Verũ Auffrerius ad decis. Capel. Tolos.167. Contrariũ manifestè sustinet, eamq. melioribus rõnibus, meliorique iure niti asserit.

Illud

Illud perquirendum est, † Num falsa ipsa negatio; ita negãtem 677
ipsum afficiat, vt aliquo pacto eã reuocare non valeat; & quod eam reuocare non valeat, suadetur quia † cum in odium negantis, tran- 678
slatio possessionis hæc fiat: Iam per solam negationem, reus ipse dispositionem huiusce legis incurrit: Consumauitq́. delictum, vnde & pœna huiusce legis eum statim concomitata fuit; † Etenim, 679
quod semel exijt de ore mendacis, ad euitandum pœnam ipsius in foro hoc exteriori, haudquaquam reuocari debet, quia, & si secundum Bald. in auth. contra qui propriam, C. de non num. pec. reuocationi actus pœnalis locus sit, tamen hoc non procedit, quãdo reus potest de mendacio puniri. Barbat. cons. 36. nu. 4. rationem allegãt, † quia tunc pœnitentiæ locus est, quando nulla captio, ex ea acto- 680
ri fit, d. l. de ætate. §. celsus; firmant Bart. & Bald. in l. non fatetur, ibi nulla captio de confess. At captio in hoc fit Actori, quẽ per falsam negationem reus decipere intendit: Igitur eam reuocare, minusq́. pœnitentiæ locus existit.

Nihilominus contrarium dicendum est, & cõtrarium ex eadem hac lege manifestè colligitur; in qua cum ea ratione velit ibi Iuriscõsultus, ut actor grauatus onere probãdi reũ ipsũ fuisse mẽtitum in rei negatæ, possessionem mittatur, & quod prægrauatus in vno in altero releuetur; vt postquàm probauerit, transferat ad se ipsam possessionem, absque alia dominij probatione; sequitur vt si actor tali onere probandi prægrauatus non fuerit, sed illico negationem ipsam reus reuocauerit, pœnam huiusce legis haud incurrerit, & perinde habeatur, ac si non negauisset, etenim † cessante legis ratio- 681
ne, vt & legis ipsius dispositio cesset, necesse est. l. quod dictum. ff. de pactis. c. cũ cessante, de appell. & l. generaliter. C. de Episc. & Cler. cessat itaque ratio huiusce legis in eo, qui negauit, & statim suã negationem reuocauit, antequam actorem in probãdo defatigauerit: Igitur & ipsa legis dispositio cessare debet. Addatur & vt apud Romanum in d. cons. 70. vt sicuti testis in continẽti dictum suum corrigens pœnam falsi euitat, cap. præterea de testib. cog. Ita & pars talem valeat reuocare negationẽ ad euadendum pœnam hãc mendacis, ac subdolæ negationis, † Secundò, quia sicuti ad pœnã eui- 682
tandam ante consummatum delictum, factam negationem per pœnitentiam reuocare licet, d. auth. contraq́. vi propriam per Bald. in

d.l. contra negantem, C.ad leg. Aquiliam. Ita negans suam negationem reuocare queat onere probandi actore nondũ prægrauato.

Tertiò, quia cum huiusce legis remedium, ad puniendum pro-
683 teruiam temerarij ipsius negantis introductum sit, † sicuti ad euitandum pœnã delinquenti, in terminis inuasionis licitũ est, quandocunque vsque ad litis contestationem; & quandoq. etiam vsque ad sententiã pœnitere.l.si quis conductionis.C.locati. l.non abs re. C.vnde vi.l.qui cum maior.ff.de bon.lib. Bart.in l.qui ea mente.ff. de furtis, & pœnitendo negationis ipsius eam euadere, ita in casu nostro reuocare ipsam negationem ipsi neganti non denegetur.

684 Quartò, quia licet respondenti interrogationi aduersarij ipsam responsionem reuocare: Modo nulla captio, ex eius persona actoris fiat.d.l.de ætate.§.celsus; Notatur in l.qui se obtulit.ff.hoc eodẽ tit.nostro; conclusionem hanc firmant Bart.& Bal.hic & Romanus in d.cons.70.num.6. Idem Bald. in tit. quæ fuit prima causa benef. ammitt. §. Porro, vers. nunc generaliter, in vsib. feud. vbi asserit,
685 † quod quando agitur de pœna, ingerẽda ratione negationis, semper intelligitur de negatione perseuerata, secus autem si negans in ea non perseuerauerit, sed eã statim reuocat nondum liquidato negotio per testium probationem, vel aliter, quia tunc damnũ, quod ex negatione emergebat, euitat.Gloss.in l.alia causa,& ibidem doctores.C.de his quibus, vt indign. refert Arct. in §. ex maleficijs, num.24.instit. de action. sicque in casu nostro licita erit reuocatio, quandocunque, siue incontinenti, siue ex interuallo, & vsquequo actor per testes, vel aliud simile genus probationis, reum de mendacio conuincere obstrictus non fuerit.

Sed cum prædicta vendicent sibi locum, in remedio huiusce legis, ad euitandam hanc pœnam, cum plures alij sint modi, quibus quis in iudicio negare solet; An, & in dictis alijs casibus falsa ipsa
686 negatio, reuocari valeat; quæritur Etenim in iure † de similibus, ad similia procedit argumentum.l.Neque,cum seq. l.Non possunt, & l.de quibus.ff. de legib. & quid in similibus casibus agendum sit sedulo inspicimus; Et constituendo primo, regulã,ꝙ negans,commodo rei negatæ careat,vt est tex. expressus in l.nõ solùm.ff.de noxalib. vbi negans rei defensionem, rei possesione priuatur, vt ibidem per Bart.Pan.in cons.17.in prin.lib.2. Dec.in c.cæterũ,nu.19.

de

de iudicijs, ipsam perlimitationes exponemus. Primo igitur ea restringitur. Vt Reus saneq; admittatur ad reuocandum ipsam negationem in casibus præmissis, etiam si iusiurando ea facta fuisset. Natt.consf.38. Ampliatur, vt vendicet etiam sibi locum, si per Instrumenta facta fuisset probatio. Crauet consf.445. Ludouicus Tonsi. num.15. Bertaz. respons. Crimin. vol.2. consf.470.& consf.471. vbi in terminis huiusce legis declarat, quod ad hoc, vt pœnæ huic, locus sit; requiritur, quod per Iudicē facta fuerit interrogatio, cum comminatione pœnæ prædictæ, & allegat Guid.Pap.consf.3.nu.1. Quod & Bart. hic arridet Cuccus in tract. de ment. circa possess. nu.293. Marsf.sing.242. Becc.consf.64. vbi extendit conclusionem hanc etiam adiuratam negationem, vt ibidem cernere est. 687

Rursus negans dolosè sententiam, commodum eius ammittit, 688
Innoc. in cap.G.perpetuus, de fid.Instrum. Bald.in addit.ad Spec. de except.versf.quando quis, & in odium ipsius omnia solemniter præsumuntur acta. Gabriel. de sent. con.4. num. 12. † Itidem con- 689
traxisse negans commodo illius contractus caret. Bal in d.l.1.col.6. C.de furt. † Negans legatum, vel fideicōmissum, postea illud pro- 690
bare volens, non auditur, vt ibidem dicit Bald. nixus auctoritate, l.fin.C.de fideicom. † Negās se hęredem repudiare videtur. l.qui se 691
patris, vbi idem Bald.C.vnd.lib. † Negans calculum eius errorem 692
postmodum allegare volens, non admittitur. Castr.consf.33. † Ne- 693
gans rem sibi pignoratam eius possesione priuatur, Auth.possessor & ibidem Doct.C.qui pot. in pig. hab. † Appellasse qui inficiatur, 694
Volens postmodum eam prosequi, non admittitur. Card.in Clem. ex parte, col.2.num.8. & ibidem etiam Imol. de rescript. Spec. in tit. de appellat.§.nunc breuiter, versf. sed pone.

Et ita negans commodo rei negatæ priuatur, si de mēdacio conuincatur, † vt cum fideicommissum nequeat iniungi in Scriptura, 695
minus quinque testibus signata.l.fin.vbi glosf. & Doct.C.de fideicommisf.si hęres grauatus negauerit sibi iniunctum fideicōmissum, si conuincatur, non potest postmodum, ad iuris subtilitatem recurrere, & allegare fideicommissum ipsum in minus solemni dispositione fuisse relictum, Imperator in §. & quia institut. de fideicom. hæreditate, Bart. in l.1.col.7. C. de fur. † Negans se dominum, & 696
hæredem esse negare dicitur, quia hæreditas est titulus lucratiuus

dominij. Alex. & alij in l.inter stipulantem.§. si rem.ff. de leg.1. si tamen ea soluendo sit. Dec.in reg. in eo.ff.de reg. iur. At qui negat se hæredem de præsenti,non ob id repudiare hæreditatem,censetur quia verba, quod non habet, nec ei competit aliquod ius,sunt præsentis temporis, quæ sunt abnegatio futuri, & præteriti. l. si stipulatus fuerim.§.cùm stipulamur.ff.de verb. ob. extensionisq. effectũ

697 non habent. Sign. cons.43. † Et negans aditionem videtur repu-

698 diare ius adeundi, † Et qui protestatur ius sibi non competere in

699 his quę solo animo perduntur, videtur velle nõ petere, † Et negãs

700 se possidere, perdit possessionem, idem Sign.cons.66. † Et negans genus quamlibet eius speciem negare cẽsetur, idem Sign. cons.24. Intelligẽdo propriè de genere,quod vniuocè de omnibus eius speciebus prædicatur, vt inquiunt Dialectici, & Arist.in lib. Perhyer.

701 In summa negans, quod sui est causa priuilegij, priuilegium ipsum perdit.l.sicut. §.quod autem, & ibidem Ias. ff. de re iudicat. &

702 quod dicitur de negante se appellauisse de illo, † etiam qui verbis, vel facto, negationem ipsam ratificauerit intelligitur. Angel. in §. sin autem, in fin.in Auth.de Trien. & semiss.

Ita mẽdaciter negans pœnam suę proteruitatis patitur, vt adhuc in disceptatione ponatur; Num negans pecuniam sibi numeratum fuisse, si cõuincatur postmodum de mẽdacio sibi solutã fuisse non numeratę pecunię exceptionem allegare possit, tamq̃ per negationem commodo illo se priuauerit, quęstionem ponit, Spec. in tit.de except.§.4.vers.sed quid si debitor, vbi adducendo rationes pro,& contra dicit, quod si sumus in debito alieno, & non ipsius negantis admittitur per regulam, quod nemo prohibetur pluribus exceptio-

703 nibus, etiam contrarijs, vti l Nemo.ff.de reg.iur.† sed tamen debet cautè respondere nempè, non pręcisè negare, sed dicere non teneri, & Bart. in d.l. contra qui propriã, dicit negantem ratione mendacij non audiri, ad euitandum pœnam negationis, sed benè ad probandum solutionem. Quem sequitur Castren. ibi,& ita negans in pœnam mendacij, ammittit omne ius suum, Alex. post Bart. in l.sed hoc ita.ff.de re.iud. vt negans rem esse auctoris sui,si post modum de mendacio conuincatur excussionis,beneficium contra tertium possessorem ei non detur.

704 Pari ratione fideiussor, qui negat diuisionis competentis, pluri-

bus reis debendi, seu fideiussoribus, † Itidem & excussionis, seu cedẽdarum priuilegium perdit.l.si dubitetur.§.ità demũ, vbi Bart. ff.de fideiuss.Thessaurus decis.50. vbi tamen declarat † Libertus,cui ius aureorũ annullorum Imperator, seu quiuis alius Princeps concessit, si libertum se esse neget, illud ammittit.l.fin.C.de iur.aur.annul. & fideiussor contra cõfideiussorem beneficium non consequitur.l.si dubitetur.§.1.ff.de fideiuss.Papien.in for.lib.cõtra plur.n.2. 705 706

Multi alij sunt causis iniustæ ipsius negationis, quos longa serie congerere possem, ni breuitati studerem; quosq. breuitatis gratia consulto ommitto; congerit Ias.in d.l. sicut. §. quod autem, & Gabriel in suis communib. conclus. in tit. de acquir. vel ammit. poss. conclus.5.In actione noxali negãs se possidere seruum,vel animal, qui dedit noxam perdit seruum, & animal.l.si seruus depositus.§.si negauerit.ff.de noxal.

Enimuero lex sicut concedit, posse negare † assistitq. ipsi negationi, donec manifestis probationibus contrarium probetur, præsumitq. de homine omne bonum: Ita si depræhendat negantem in ipsa negatione mentitum fuisse, & obsistit, resistitque & mutando propositum † omne malum de eo in eodem genere mali præsumit per regulã; semel malus in 6. ipsumq. odio prosequitur acerrimo, quod & probari diximus ex verbis illis: Itaut quę restringunt præcedentem dispositionem,vt sicut reus ex sola negatione se possidere, ab vlteriori molestia super re negata liberatur; ita mendax depræhensus, liberet actorem ab vlteriori probatione illius,quod necessariò probare tenebatur, si reus ipse inficiatus non fuisset, & negans positiones postmodum ijs niti non potest. Bart.in l. post legatum, col.4.vers.quæro aduersarius.ff.de his quibus, vt indignis, & sic à pari iudicantur, vt reus conuentus negans, quandiù de mẽdacio non conuincatur vlteriorem molestiam super ea re nõ patiatur, & versa vice si mendax depræhendatur; Actor ab alio onere probandi dominium eximatur. Vndè cauti Aduocati, & † Causidici negatis etiam omnibus positionibus, nihilominus fauorabilia acceptant; quia si super negatis conuincantur, negans in casibus suprascriptis eorum commodum perdit, & vtile est acceptare etiam negationem factam ad positiones. 707 708 709

Et sicuti in actione reali iusta negatio processum ad vlteriora impedit,

pedit, ita mendax negatio ab vlteriori probatione actorem liberat dominijq. exceptionem in possessorio adipiscendæ probare nō obstringitur, vt inquiunt Bart. hic & reliqui Doctores.

710 Declarando tamen, vt vendicet sibi locum, † nisi ita notoriè de dominio constaret, vt æquè euidens esset, illius probatio, sicut & titulus ipsiusmet Actoris peregregiè collecta à Surdo in consil. 214. 4. & 5. col. vol. 2. vbi exemplum ponit de testamento, vt si actor ad probandum dominium, seu titulum, publico nitatur testamento, in quo se scriptū hæredem asserat, & reus pariter nitatur publico alio testamento posteriùs confecto, in quo apparet ipsum institutū hæredem, & sic derogatum dicto primo testamento, quod fieri potest
711 † nam secundum testamentum ritè factum, tollit primum. l. sancimus. §. ipso iure. C. de testamentis. §. Posteriore, cum seq. Insti. tit. quibus med. test. infir. talis probatio dominij euidens, & manifesta improbet, tanquàm dicatur notoriè, & manifestè de eo constare.

712 Rursus negans Testamentum, si mendax deprehendatur, non gaudet beneficio, vt volens postmodum allegare solemnitates iuris in eo defecisse audiatur; quia dicere non potest testamentum ipsum, vel legatum minus solemne. l. fin. vbi Bald. C. de fideicom. & insuper perdit legatum in eo sibi factum. l. vlt. C. de Codic.

Et ità lex deprehenso mendacio contra ipsum mendacem, se retrorsūm conuertit, vt quem iuris pręsumptione bonum reputādo fauoribus prosequebatur, mendaci detecto fauorem subtrahat, vllamq. postmodum fidem, ei non adhibeat, nec eius verbis quidem,
713 † Nanque Cic. 2. de diuin. ait, Mendaci homini, ne verum quidem credere solemus, & dici solet pœnam mendacis esse, ut veritas ei non credatur. Spec. in tit. de fruct. & inter. §. 4. vers. quid si reus, &
714 fuit originale dictum Platonis, † Et mendax præcator impetratis non gaudet. l. & si legibus. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam.

Atqui cum superiùs pro cōclusione firmauerimus falsam negationem, ità demū neganti officere, si dolo, vel lata culpa facta fuerit. Thessaur. qua superiùs citata decisione in fine, restringunt Angelus, Raphael, & Alex. hic, & isdem Alex. in l. qui cum. ff. eod. tit. de re iud. & in l. etiam. §. 1. in vlt. col. ff. sol. matr. Bal. in c. Vassallus, in verbo, ex certa scientia, in tit. si de feud. fuerit cont. int. Dom. & Agnat. Bart. in l. eum qui, in princ. ff. de iureiur. & in l. ea quæ. C. de condit.

condit. indebiti, † si tamen non per errorem, vel ignorantiam ea 715
facta fuerit, iustumq. errorē excusare ab hac pœna, ipsum negantem asserunt. Allegant cap. primum, in fi. de elect. in 6. Secundò, vt non habeat locū, si huiusmodi negatio, † ad libellum ineptum, 716
ipsius Actoris facta fuerit, quia in respōsione ad ineptum libellum, quis negando pœnam hanc, haudquaquàm incurrit, quia † quando libellus est ineptus, nulla rei exceptio pōt esse pœnalis; Ità notabiliter tenet Bald. in repet. leg. edita, in penult. colum. per illum Text. c. de edend. Alex. hic, & in d. l. etiam, §. 1. colum. fin. in c. cæterùm, in vlt. colum. de iudic. 717

Et ideò pro cautela dant, vt non prius in hac actione offeratur libellus, † quam benè fuerit præparatū ipsum iudicium, num reus 718
teneat, & possideat, & præparauerit benè sibi iudicium, per veram interrogationem, Spec. in tit. de int. in iud. fac. & in tit. de lib. concept. vers. Nunc ostendamus, Ias. in d. §. omnium, num. 99. cum seq. & ibidem etiā Ioan. de Platea, ne non ita præparādo, sed ineptum libellum porrigendo sua intentione frustretur, quod malè seruatur in praxi, in qua causidici, vt plurimum dant prius libellum, & super eo postmodum formant positiones, super ipsa possessione, super quibus instant per reum conuentum responderi, & si neget, in rei ipsius negatę possessionē immitti expostulant; Etenim hoc non per positiones, sed per interrogatorias ipsas actiones, & quidē ante litis contestationem fieri debet. Gloss. in l. qui petitorio. ff. hoc eod. tit. nostro, cap. Tholos. decis. 167. quicquid videatur concludere Beninten. decis. 84. quia proprio telo se confodit, dum per suasmet rationes, quas in cōtrarium allegat contrarium manifestè firmat, licèt, & quandocunque † etiam post litis contestationem, si fortè 719
præmittere oblitus fuerit, valeat gloss. in d. l. qui petitorio. Auffer. in addit. prædictis ad cap. Thol. dec. 167. Qui pulchra adducit, & magna consideratione digna.

Cui ego addo, quod sicut actor, postquàm iam reus conuentus, interrogatus responderit se non possidere, & reum ipsum de mendacio conuicerit, vlteriùs in causa procedēs; admittēdo reum conuentum super dominij probatione, iudicium ipsum prosequi tenetur, nec ad huiusce legis remedium confugere potest; Ità si ommisit hoc facere in ipso litis exordio, vlteriùs super hoc experiundi facul-

facultate se priuat, vt notant Doctores hic. Et ita in negante, se
posside re scientia requiritur, vt si quod ignoranter id non egerit,
720 non probetur pœnam huiusce legis non patiatur, quia cum † tran-
721 slatio hæc fiat, in odium mendaciter negantis, † & mendacium sit
falsæ vocis significatio, cum intentione fallendi (vt inquit D. Au-
gustinus vbi supra) & habetur in cap.Beatus,d.22.q.1. §.ille ergo,
722 d.l. de ætate.§.si cum esset, † vt dolo, & fraude negatum fuerit, pro-
723 bari necesse est, Alex.hic & Rom.d.cons.70. † nec ad hũc effectum
mendax reputatur, qui iusta deceptione ad negãdum motus fuerit,
724 etiam quod veritatem ipsam negauerit, † quia mendax nõ dicitur,
quem animus non facit esse mendacem. Alex.cons.35. in causa, &
lite, num.1.& 6.vol.5. Quod mirabile est in hac materia nostra, &
dicit Ias.in d.l.sicut.§.fin.num.5.& in d.§.omnium ne, vbi & Aret.

Ex quibus colligitur, quòd nedum, vt iniusta fuerit negatio,
quo pœnæ huiusce legis cõmittatur, sed & vt iusta ignorantia, reus
conuentus, ad ita negandum motus non fuerit, requiratur, dicit hic
glossa, etenim cũ hæc lex iactas habeat radices, in aduersarij men-
725 dacio, † mendacium dolum malum requirit.l.electio.§.neque.ff.de
726 nox.l.sed si ex parte.§.interdum.ff.quod cũ eo, † & nil magis à dolo
abest, quam ignorãtia, & error.l.Plagij.ff.ad leg.flau. de plag.l.Se-
natus.C.de his qui sibi, in test. ascribit. Rursus & vt in pœnã men-
dacij, quis ius suum ammittat, requiritur vt id in iure expresse ca-
ueatur, & dolus adsit. Thessaur. decis.50.num.4.

727 Quandoquidem & in ignorantiam peccatum suum reflectebat
Tim. 1. Apostolus, dicens; Qui prius blasphæmus fui, & persecutor, & con-
tumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans fe-
Psal. 24. ci, in incredulitate, & delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas
ne memineris Domine, clamabat Propheta.

An autem, & quando ignorantia excuset, plenè habetur apud
Doctores in rubr. de iur. & fact. ignorat. apud Ioan. Andream, &
Dynum in regula ignorantia, in 6. licèt † aliud sit ignorare, aliud
728 nescire; † Vt ignorare sit nescire, quod scire tenemur; Et nescire,
quod scire non tenemur.l.2.C.per quas pers.nob.acq. & l.1. §.1.C.
de rei vx.act. cap. qui diuinis.22.q.2. Verum præsepe hęc confun-
duntur, & inscientia, pro ignorantia; & ignorantia pro inscientia
ponuntur.

Rursus

Rursus & scientia à conscientia differt, vt sciētia sit per quā quis 729
præter se nouit alia, † Nam scire est rem per causam cognoscere, vt 730
inquit Philosophus Post. 1. † conscientia verò per quam quis se ip- 731
sum tantum cognoscit, per notata in cap. omnes. §. de his, 28. q. 1.
Vnde conscientia dicitur sui ipsius scientia, quasi consocialis scien-
tia, vel cum veritate scientia; conscientiā conuictus conticuit, in-
quit Cic. 3. in Catil. & dicitur cordis scientia.

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Dicit Flaccus.

† *Et quæ tyrannis ipsis metum incutere solet.* 732

Nanque (vt inquit Sapiens) fugit impius nemine persequente. Prou. 28.
Et cum dicimus † conscientia mille testes, nil aliud præ nos ferre 733
volumus, nisi cognitionem illam, quam sui ipsius cor habet; † Et 734
qui propria sui conscientia accusatur, liber, & sine accusatore non
est. cap. in cunctis. 11 q. 3. De qua & gloriādo se D. Augustinus, di-
cebat; Senti de Augustino, quicquid libet sola me in oculis Dei
conscientia non accuset, habetur in cap. senti eadem, 11. q. 3. Quod
respondet illi † Vacare culpa maximum est solatium. De hac dice- 735
bat Apostolus, † Gloria nostra testimonium conscientiæ, † & in die 736
extremo iudicij, Deus erit Iudex, & testis conscientia nostra; vt in- 737
quit idem D. Augustinus super Psalmos, & habetur in c. Custodi,
d. q. 3. extatq. vulgare dictum.

† *Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.* 738

Inter iustum iudicem, & conscientiam tuam noli timere, nisi cau-
sam tuam, inquit D. August. super Psalmos, † Conscientiam ma- 739
gnum virtutis theatrum, appellat Cic. Tusc. lib. 2. Itaut magna ad-
huc sit disputatio inter Theologos, † Num conscientia, etiam erro- 740
nea, obliget ad faciendum, vel omittendum quòd conscientia
dictat, vsquequo eā deponat, tanq̄ ea (vt dictū est) sit cordis ipsius
scientia, † & omne quod fit contra conscientiā, ædificet ad gehen- 741
nam, gloss. super illud Apost. ad Romanos 14. omne quod non est
ex fide, peccatū est. Quæst. ponunt Petr. in 2. sent. dist. 39. D. Tho.
in 2. 2. quæst. 19. art. 5. in sum. conc. tit. 32. lib. 3. de ignorātia. q. vlt.
& ex nostris Anch. in d. §. ex his, & Seneca in lib. de moribus ait,
Tuta scelera esse nō possunt, quia & si latendi facilitatem habeant,
fiduciam non habent, subdens alienum potes fugere te nunquam.

Et cum ignorantia, sit eorum, quæ quis scire tenetur, & quæ non

R excu-

742 excusat, cap. ignorantia, de reg. iur. in 6. † Non excusantur Iudæi, qui quod Christum Messiam adhuc venturum, vt asserunt, expe-
Cor. 2. ctant, quodq. si cognouissent, Dominum Gloriæ nõ crucifixissent, in ignorantiam reflectunt, etenim & aduenisse, & Dominum Gloriæ crucifixisse, facilè ex sacris Scripturis cognoscere potuerunt, ac
Ioan. 5. possunt; quibus dictum fuit à Domino, Scrutamini Scripturas.
743 & qui † Onagris comparantur; dicente Propheta, Expectabunt
Psal. 103. Onagri in siti sua.

Atqui cum inscientia sit, eorum quæ quis scire haud tenetur, & quæ excusat, intelligendum est, nisi ea crassa, & supina fuerit, stoliditatemq. & malitiam habeat admixtam. l. nec supinã. ff. de iur.
744 & fact. ign. notatur in c. Apostolicæ, de cler. excom. min. & in c. 1.
Cor. 14. de post. prælat. & in cap. vlt. 21. q. 2. Nam de ea dicitur, † ignorans
Ioan. 5. ignorabitur, & tu es Magister in Hierusalem, & hæc ignoras?

745 Quod autẽ vt scientèr, & dolosè negatum fuerit possidere oporteat, facit tex. in d. c. vasallus, cuius verba sunt hęc, Vasallus si feudum, vel feudi partem, aut eius conditionem, ex certa scientia inficiatur, & inde cõuictus fuerit; ex eo quòd abnegauit feudum eius,
746 vel conditionẽ expoliabitur, † & ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia; gloss. in hac lege nostra, & ibidem etiã Bart. qui asserũt, nedum probãdum esse, quod scienter negauerit, verumetiam quod se possidere scire potuerit. Bald. in d. c. vasallus. Pan. in cap. cum causam, de iur. cal. Becc. d. cons. 64. Surd. d. cons. 214. num. 15. Atqui dici posset fortasse hac probatione scientiæ, haud opus esse. Nec solùm scientia ipsa, seu abnegatio ex certa scientia facta, feudo ipso priuari facit; verumetiam si dubitãter, per verbum Nescio, responsum fuerit modo fraudolenter id fiat, quod pro scientia, ac
747 negatione habetur, vt superiùs dictum fuit. † Quod & ex coniecturis argui potest, quæ eliciuntur ex dictis à Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de eden. & colliguntur etiam ex c. fin. in vltimis
748 verbis de elect. in 6. † Et onus probandi, quod ignorãter, & absque calumnia id egerit, ipsi neganti incumbere fortasse dicẽdum videretur; tamen à recepta vt supra suprascriptorum iuris verticum, opinione recedendum non puto.

Et porro cum actor, vltra probationem, quod reus mendaciter negauerit, si quod reus ipse conuentus, scientèr negauerit, probare tene-

teneretur. Duplici onere prægrauaretur, nempe & quod mendaciter negauerit se posſidere, & quod proterue negauerit, quod fieri non dēt, per tradita à Craueta quo ſuperiùs allegato conſ. 554. quia cum ſcire ſit veritatem vſu receptam mēte tenere. gloſſ. in l. in ſumma. §. idem Labeo. ff. de aq. plu. arc. Nonne reus ipſe conuentus, quod teneat, & poſſideat re vera, certus eſſe poteſt? cum ſit in facto proprio, † Poſſeſſio etenim facti eſt. l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſt. lib. iuſſ. fuer.

Verum ad euitandum hanc Syrtem, puto introductam fuiſſe, vt 749
dixi, Praxim Angeli, vt illico ſequuta rei cōuenti negatione ipſius poſſeſſionis, Actor abſque alio rei poſſeſſionem nanciſcatur, nec teneatur probare, quod reus mendaciter eam negauerit.

Et quæ quidem praxis, amplius ex hac lege non elicitur, ſed ex l. quia ſeruū. §. in iurc. ff. de interrogat. act. vbi Bal. & ex l. Fulcinius. ff. quib. ex cauſ. in poſſe. eat. † Nec mirum nam natura quotidie no- 750
uas properat edere formas, gloſſ. in auth. de non elig. ſec. nub. col. 2. & in auth. quib. mod. effic. leg. col. 6.

Et perſiſtendo in materia noſtra, illud Actori conſultum eſſe volo, vt cupiens in caſu iniuſtæ ipſius negationis aditum ad hoc remedium ſibi reſerari, † in preparatorio ponat rem per verum fundi 751
vocabulum, veraſq. ipſius cohærentias; quoniam ſi non per veras ipſius rei cohærentias, verumq. fundi ipſius vocabulum illud poſuerit, & eam reus negauerit pœnæ ſeu remedio huiuſce legis locus non erit, † quia qui negat poſſidere rem, quæ ſub falſis confini- 752
bus poſita conſpicitur, negauiſſe ſe eā poſſidere non dicitur, ex quo ſub finibus illis, ſub quibus poſita eſt, eam non poſſidet, & ex quo falſis fuit conſcripta confinibus aliam eſſe, iuſtè exiſtimare poteſt, eſt celebris textus in l. in teſtamēto. ff. de cōd. & demonſt. per quem notat Bald. quod cum † in pœnalibus liquidiſſima debeat eſſe pro- 753
batio, rei ipſius alteratio reum conuentum à pœna excuſat, hoc dicit in c. 1. qualit. dominus propriet. feud. priuet. Faciunt & notabiliter dicta per eundem Bald. in l. vnica, in 3. oppoſit. C. de his, quæ pœn. nomi.

Verum ſicuti ipſe reus cōuentus interrogari debet; ità aptè reus 754
conuentus reſpondere tenetur, ita vt interrogationi cōgruat. l. 1. vbi gloſſa, in verbo, vt interrogatus. ff. de verb. oblig. atque ne iuris or-

R 2 do

755 do per eum peruertatur. Bart. in l. licet. §. si filius. ff. de pecu. † Vnde si reus interrogatus simpliciter num teneat, & possideat, neget quidem se possidere, sed adijciat, & quatenus possidere reperiat, dico me iustis, ac legitimis titulis possidere, talis responsio tanq̃ incerta, & calumniosa non admittitur, sed pro negante habetur, tanq̃ sic respondendo actorem nõ certificet, sed decipere satagat, cõtra ordinem iuris, & tramitem rationis, atque expressam mẽtem huiusce legis, quæ malitijs quantum potest occurrere studet, & vult interrogantem, ipsum non decipi, nec eius intentione frustrari, vt superiùs diximus.

756 In tantum vt licèt aliàs † per duas rei coherentias rem verificari sufficiat. l. forma ff. de censib. Bald. in rub. de contrah. empt. col. vlt. quodq́. duæ sint veræ, etiam quod aliæ falsæ fuissent. Bart. in l. demonstratio falsa, in princ. q. 7. ff. eod. tit. de contrahen. empt. Bald. in Rubr. eiusdem tit. & in d. l. demonstratio falsa, & in l. 1. ff. de dot.

757 præleg. † tamen in pœna huiusce legis ad excusandum reum ipsum negantem ab ea sufficit, vt aliqua ex ipsis falsa sit, etiam quod duæ veræ reperirentur, vt egregiè declarat Alex. d. cons. 35. nu. 2.

In summa ità de mendacio circa rem, quam falsò possidere ne-

758 gauisse prætenditur, conuincendus est reus, vt ni probet † Actor rem esse eandem per veras demonstrationes, ac cohærentias; verumq́. fundi vocabulum, & à se qualificatas, ita ut nec vna, cohærentiam sit falsa, pœna huiusce legis nõ committatur. l. Pomponius scribit, si frumentum. §. fin. ff. hoc eod. tit. nostro. l. 1. & ibidem Bart. ff. si vnus ex pluribus appellat. cap. in præsentia de probat. Et propter falsam, obscuram, incertam, vel ambiguam positionem, reum mendaciter negauisse ad hunc effectum dici haudquaquam valeat, etiam si secundum antiquos confines res eadem esset, quia

759 interrogatus an teneat, & possideat tale quid † debet interrogari per appositionem præsentium, & non præteritorũ, seu antiquorum confinium, cum interrogatus simpliciter de præsentibus, non autem de antiquis confinibus interrogatus dicatur. l. 1. & quæ ibi not. Bart. ff. de aur. & arg. legat. l. 1. ff de ferijs, & secundum præsentes confines reus interrogatus censetur. Alex. d. cons. 35. Beraz. quo superiùs allegato, cons. 470. num. 11. cum seqq.

Sed cum translatio hæc fiat supposito, quod malitiosè per do-

lum

sum, vel latam culpam inficiatum fuerit; quæritur num & in alijs casibus præter terminos huiusce legis malitiosè neganti pœna aliqua imponatur, & multos alios esse casus, in quibus malitiosè negans pœnam suæ proteruitatis patitur, quis ambigit? Vt ecce † ne- 760
gans locum in quo deliquit esse de territorio inquirētis, si de mendacio conuincatur, & postmodum in responsione ad inquisitionem delictum in ea contentum confiteatur, confessionis beneficio spontè confesso à statuto indulto non iuuatur. Bald. in l. ea quæ, colum. penult. c. de condit. indeb. † Pari ratione edere Instrumētum, quod 761
falso velamine amisisse dixit, recusans illud postmodum producendo eius beneficio non gaudet; idem Bald. in l. 1. col. vlt. C. de furt. nixus auctoritate. l. fin. C. de fid. instr. † Negans Chirographum, in 762
quo mutuum sit annotatum eius manu, vel eius voluntate conscriptum; Probato quod fuerit mendax, exceptionem non numeratæ pecuniæ, † quæ in mutuo infra biennium competit, iuxta legem in 763
contractibus. C. de non num. pec. postmodum obijcere non valet. Auth. contra qui propriam, C. eod. tit. de non numerata pecunia, vbi Bald. Salycet. & alij, Ias. in l quod te. num. 30. ff. si cert. petatur. † Hæres rem legatam, hæreditariam esse negans re postmodum 764
comperta. l. falcidiæ, beneficium non consequitur. l. hæreditatum, & ibidem Doct. ff. ad legem falcid.

Alios casus superiùs retulimus, quos haudquaquā modo recensendos existimo. Verum nec ità simpliciter hoc pertransit, vt non aliquando in aliquibus ex dictis casibus licita sit ipsa reuocatio, valeatq. qui negauit reuocare negationem, † si incontinenti, & anteq̃ 765
aduersarius onere probandi contrarium prægrauatus fuerit. Ias. in d. §. omnium, nu. 83. & Bart. hic fundant ipsum axioma, † vt quan- 766
do agitur de pœna infligenda ratione alicuius negationis, semper intelligatur, si negans in ea perseueret, secus si non perseuerat, sed eam re integra, & non liquidato negotio per testium probationes similive genere probationum reuocauerit. Gloss. in hac l nostra, & Bald. in l. alia causa C. de his quib. vt indig. faciunt notata ab Angelo de Malefic. in verbo, comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum, num. 21. Rom cons. 59. col. fin. & Aret. in l. 1. §. si quis simpliciter, col. 2. vers. sed primum membrum. ff. de verb. obligat. Ossasc. decis. 66. num. 15. vbi asserunt † mendaces nondum cōuictos 767

qui

qui correxerint responsionem suam euitare pœnam negationis, & vt distinctè procedamus, quo veritas huiusce articuli, magis elucescat; multi constituendi sunt casus, in quibus ipsa negatio reuocari statim, vel ex interuallo valet; & de quibus habetur in c. ex eo, de reg. iur. in 6. igitur aliqui casus in iure reperiuntur, in quibus licita est ipsa reuocatio, vsquequo negatio per partem acceptata fuerit, vsque ad sententiam, & aliqui in quibus non nisi vsque ad litis contestationem, ipsa negatio reuocari queat; vnde pro clariori explanatione formo plures casus.

768 Et primo, quod aut sumus, in casu in quo quis negat factum, cuius contrarium ad illud excludẽdum, probare postmodũ non oportet: aut sumus in casu in quo quis negat factum, cuius contrarium per aduersantem probandum est.

Secundò casu si illico, & antequàm aduersarius, cõtrarium probauerit, etiam quod negationem ipsam actor acceptauisset reus reuocat; sicq. corrigat suam negationem, & confiteatur, quod falsò negauit, valet reuocatio, pœnamq. temerariæ negationis euitat, vt in casu præsentis legis, ita tenet Rom. d. cons. 70. nu. 6. Pan. in cons. 17. in Q. Ottonelli in primo dub. lib. 2. Barbat. cons. 72. illud referam in medio, in 1. dub. col. 4. lib. 3. idem tenet Bald. in d. c. 1. §. Porro in vlt. col. quæ fuerit prima causa beneficij ammittendi; vbi asserunt qđ quando quis in negatione non perseuerat, sed eam nondum liquidato negotio, per testium probationes, aliove genere probationum reuocat, damnum quod ex illa negatione emergebat, euitat. Gloss. in §. item mixta. Instit. de Action. refert idem Ias. in d. l. sicut. §. fin. nu. 7. Beccius d. cons. 64. nu. 10. lib. 1. licèt beneficium, quòd ex facto ipso negato consecutus fuisset, haud cõsequatur; tanquàm per ipsam negationem ei renunciasse videatur, d. l. si dubitetur. §. 1. refert & sequitur Aret. in d. §. ex maleficijs. Bald. in cap. dudum 2. in 6. colum. de elect. plenè declarat Ias. in d. §. ex ma-

769 leficijs, num. 26. cum seq. siquidem † cessante causa, cessat effectus, cap. cum cessante, de appell. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatron. Bald. in l. generaliter, col. 5. vers. reuoco igitur. C. de Episc. & Cler. Card. in clem. 1. de re iud. Titaq. in tract. de causa cessante igitur cum ideo in huiusce legis remedio propter iniustam negationem translatio possessionis hæc fiat. Quia per eam Actor onere proban-

di

di reum conuentum mentitum fuisse, grauatus fuit, si nõdum facta probatione prædicta reuocauerit ipsam negationẽ non est, vt pœnæ huiusce legis reus conuentus subiugetur, quod vendicat etiam sibi locum, si per iusiurandum partis, id probatum fuisset, vt nempe pœnam hanc non patiatur, hoc voluit Becc. per multos quos allegat d.cons.64. dicunt etiam Gloss. & Bart. in l. eam qui in princ. ff. de iureiuran.

Sed cum ex noua praxi, vt dictum est, nouiter introducta, & de qua per Ang. hic & per Barb.d.cons.36.Nat.cons.187.circa princ. relatos ab eod. Beccio d.cons.64. aliud seruetur nempè, vt absque alia probatione, quod reus mẽtitus fuerit, statim actor faciat se immitti in possessionem rei negatæ, tanquàm nihil intersit ipsius rei conuenti, ex quo se possidere negauit. Quæritur num huic decisioni locus sit, nempe vt reus conuentus negationem ipsam reuocare valeat, qm̃ sicuti quia cessat causa legis (vt superiùs diximus) reus conuentus non punitur pœna huiusce legis, ex quo non defatigauit actorem in probando mendaciter fuisse negatum; ita in casu quo tali probatione opus non est, statim facta negatione, negans pati debeat pœnam suæ proteruitatis per regulam, † vt idem operetur 731 oppositum in opposito, quod propositum in proposito; verũ in hoc erimus in altero casu superiùs proposito, & mox referendo.

Primo casu maior extitit difficultas, & in hoc alios duos casus constituo; alterum in eo, qui statim ipsam negationem reuocauit, alterum in eo, qui ex interuallo eam reuocare distulit, vt primo casu reuocare quidẽ valeat. Roman.in l.1.§.si quis simpliciter, vers. secundo videndum est, col.3.vbi & Aret.ff.de verb.oblig. Alex.in addit.ad Bart.ff.de his quib.vt indig. Secundò autem minimè, nisi vt infra, † & incontinenti reuocatio facta dicitur, quãdo re integra, 732 & negatione nondum acceptata, per partem reuocata fuit, ita declarant Roman. & Aret. ibi, & Alex. etiam num.32. & videtur concedere Imperator nouella constit. 18. vbi voluit in casu rei, qui primo negauit, postea cõfessus fuit, præstari litis expensas, inquiẽs cum diu prostraxit, & distulit suam confessionem pertinaciori inficiatione diutiùs actorem fatigauit, & sumptibus exhausit, quasi velit ipsum quicquam non præstare, qui statim bonã fidem agnoscit, nullaq. tergi versatione ludificatus est creditorem, quod & Iason

expressè

expresse enunciat, dicto §. ex maleficijs, num. 26. cum sequenti.

Interpretantur aliqui, vt vsque ad litis contestationem exclusiuè pęnitétiæ locus sit; quod colligunt, ex textu in d.l.electio, quem ad hoc inducit Ias.d §.quod autem; etenim quę incontinenti fiunt, rei ipsi inesse dicuntur, Doct. in l.lecta.ff.si cert.pet.

Extendunt alij ad causam appellationis, vt si quis ante litis contestationem, & lata sententia à qua appellatum fuerit, negauerit, si reus conuentus, quod negauit in prima instantia, reuocauerit in secunda, & in ipsa causa appellationis confessus fuerit, nihilominus euitet pœnam falsæ ipsius negationis, & beneficium, quod ex forma statuti spontè confesso concederetur, consequitur Bal. in d.c.1. §.porro, Angel de Malef.in tract.malef. in verbo appellante, vers. quid autem, si in iudicio,quod ego haud probo; etenim si hoc esset verum, aduersaretur primæ superiùs formatæ conclusioni, vt non nisi vsque ad litis contestationem exclusiuè admittatur correctio,
772 & cui dubium, quod † appellatio restituit causam ad terminos litis iam contestatæ, Bart. & isdem Bald.in l. ita demum, C. de procur. Maran. in suo Spec. par.4. distinct.6. num.25. Rom. cons.381. Quæstio est, num.7. ? Igitur.

Secundò casu post partis acceptationem,nisi saltem docto de errore reuocari ea haudquaquam potest. Bart. in d.l. post legatum, col.fin.ita & declarat Aret.in d.§.si quis simpliciter, col. fin. desumiturq. ex doctr. Baldi in l. edita, col.20.C.de edend. & traditur à Franco in cap.fin. col.3. de iureiur. in 6. & differunt inter se hi duo casus, vt in primo, liceat quidem reuocare negationem, etiam de errore non docto, in secundò aut minimè; & ità etiam intelligitur illud Authent. contra qui propriam. C. de num. pec. vt propriam scripturam negans, contrario probato, pęnã duplem incurrat,contra quã numerationẽ, seu solutionẽ allegare non valet, vt ibidem.

Sed hac distinctione retenta, quodq. ex interuallo, post quã pars acceptauit, negatio reuocari non possit, negando quis ad libellum super contentis, in eo postea se fundare non valet. Bald. in l. si magnum, circa fin.C.qui accus.non poss. l. cum precum, vbi Bald. &
773 Salic.C.de lib.caus.ea ratione,quia † ex eo,quod quis nixus est impugnare, commodum sentire non debet, d.reg.ex eo, in 6. nisi ne-
774 gauisset cum clausula, † Nego, narrata prout narrantur: & petita

prout

prout petuntur. Bal. in d. l. electio. §. neque. Alex. in l. etiam. §. licèt col. 3. ff. solut. matr. Butrig. in l. quod sępe. §. si vendidi. ff. de contrahen. empt. Marsf. sing. 242. & in rubr. ff. de fideiuss. col. 7. Ias. in sępè citato §. omnium, num. 98. Trigo. sing. 78. Gabriel. in suis comm. concl. tit. de expens. concl. 2. num. vlt. Ioan: Lopez in cap. per tuas, §. limito tamen, num. 15. de don. inter vir. & vxor. Paris. cons. 100. col. 1. vol. 3. qui non factum ipsum totum, ex libello resultans, sed circũstantias dumtaxat negauisse censetur; vt egregiè notant Bart. Imol. & Castr. in d. l. si dubitetur. §. licèt ubi, & Alex. sicuti etiam † Negans simpliciter se hominem occidisse; Si de mendacio conuincatur, nil vetat, quin postea ad sui tutelam fecisse, allegare, ac probare ualeat. Bart. in l. cum de indebito, in princ. C. de probat. quicquid Bal. in l. & si quidem. C. de except. in contrarium efferere videatur; quia, aut dictũ Bal. non est uerum, aut intelligitur, iuxta quod inferius declarabitur, quod procedit, etiam si iureiurando negatum fuisset: Idem Bald. in d. auth. contra qui propriam ratio allegari potest, † quia negando quis simpliciter hominem occidisse scelere, eum occidi voluisse, negare intelligitur: tamquàm pro non homicida censeatur diffisus forsan postmodum qualitatem, quod ad sui tutelam fecerit, probare posse, † Et sanguinem suũ cuique quoquomodo redimere licet. l. 1. ff. de bonis eorũ, qui mort. sibi consci. Gloss. in l. 1. C. de iureiur. propter cal. dand. Quinimmo † criminis qualitatem negans, licèt demum ipsam confiteatur beneficio statuti spontè confesso concesso nihilominus gaudet. Bald. in l. ea quæ. C. de cond. indeb. & l. cõtra negãtem. C. de leg. Aquil. intelligendo tamen qualitatem, quam ignorare probabiliter potuisset. Bart. in l. proinde. §. notandum. ff. eod. tit. ad leg. Aquil. † facti namque qualitatem negans factum confiteri non dicitur. Licet † factum per qualitatem, sicuti substantia per accidens demonstretur, Bald. & Imol. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de lib. & posth. Alex. in l. vtique. ff. de excep. Prout & quãdo super libello actoris inepto, & male formato negatio non obest, vt superiùs diximus, & dicunt Cassaneus in cons. 38. col. 2. Felin. in c. ex tenore, col. 3. in fi. de rescript. Gom. in d. §. ex maleficijs, col. 7. Quod si confessus fuisset hominem occidisse, qui re uera mortuus non est, qđ non ob id puniatur, tamquàm propter mendacium homo mori non debeat.

775 776 777 778 779 780

S Idem

Idem Bal.in l.1.nu.16.C.de furtis; & cum in casibus suprascriptis & alijs in pœnam mendacij mendaci auferatur ius suum, vt prędictum est: Illud nunquam aufertur, nisi iure expressè id caueatur. Thesaur.d.decis.50.num.4.

781 Differunt tamen negare simpliciter, & non credere, vt negare quidē sit pro certo asserere; Non credere verò nō affirmare, Spec. in tit. de posit.§.7. vers. item noto; Vnde in attestationibus, testes

782 qui † per verbum credit, respondit, non utique affirmat l.testium, vbi gloss. & Doct. C.de test.Innoc.in c.Ad hanc,eod.tit. Lanfran. in cap.quoniam contra, in verbo cōfessiones, de probat. nisi addat verbum, quia uidit, uel interfuit, vel huiusmodi, & callidi Aduocati, & Procuratores in suis interrogatorijs multoties petunt interrogari testes, an credant per eos deposita esse uera; Qui si dicunt credere, arguuut ipsos, quod non probent tali attestatione. Cæpol. caut. 154. licèt in responsionibus ad positiones verbum credit expressiuum sit ueritatis, quamuis enunciatiuè credulitatis sit. Bald. in l.1. in fi. C. de fals. caus. add.leg. At in facto proprio negans, & non credens conuictus de mendacio, pariformiter punitur,secus in alieno, nisi certificatus in negatione perseueret. Ioann. de Deo. de cauill.lib.5.c.16. num.10.

Et ita non credere,simpliciter aliquando non affirmare, seu non

783 negare est; vt si verbo Credit,† Negatiua ipsa pręponatur,respondentē ipsum pro confesso haberi non facit; Quia negatio ipsa præposita, verbo Credit, mentis qualitatem. nō autem facti ipsius existentiam significat, Bal. in d. authen. Principales.§.quod obseruari, num.12.C.de iur.prop.cal.dan. vbi & gloss. Spec.in tit. de posit. §.6.vers.quatenus.Bar.in l.de ętate.§.Nihil ff.de inter.act.ut tamen

784 ibi per exēpla, ut si ponatur, † Quem mortuum,uel uiuere, respondeatur,Non credo eum mortuum,uel non credo eum uiuere. Secus autē si negatiua ipsa postponatur; verbo ipso Credit, ut puta, Credo ipsum non esse mortuum, uel credo eum non uiuere, quia sic postposita facti ipsius existentiam significat, & de negatiua præposita, & postposita, uerbo Credit, & qualem effectū habeat, plenè Gemin. in c.& Præsens, num.19. in uerbo, sed Negat tantum, & ibidem etiam Philip. Franc.in uers. quando negatio præcedit uerbum Credit, num.16.de test.lib.6. & notatur in l.3. C.quid ad lib.

procl.

procl. non lic. & multa dicit Curt. in tract. de posit. breuiloq. 7. num. 19. qui idem concludit per multa iura, & doctrinas quas allegat, subdens † ex negatiua præposita sic, verbo Credit, ponentem ab onere probandi non releuari. 785

Duo sunt in hoc proposito, quę angunt Doctores, & in quibus, quid adhuc rectè sentiant, benè iudicari non potest; primò, num negans factum, quod partim sit uerum, & partim falsum, si mēdax deprænhendatur in parte, falsę negationis pœnam incurrat, sicque † totum ratione partis falsæ, iure negare ualeat; secūdò, † num qui 786 secretò accepit pecunias, mutuo, & secretò etiam restituit, si iudi- 787 cialiter conueniatur, iustè se mutuo accepisse, ex quo solutionem probare non posset, inficiari queat: Et an si hoc per Actorē in positionibus deducatur, tuta conscientia, & citra periurij reatum, eas habuisse negare ualeat; Etenim cum secretò acceperit, secretoq. restituerit; si habuisse fateretur, solutionem postmodum probare teneretur. Afflict. decis. 91. nu. 2. quod fortasse probare nō posset, sicque & ipse ad indebitum grauaretur, & esset in causa vt † improbus litigator cū alterius iactura locupletaretur, contra iuris re- 788 gulam locupletari, in 6. † Et an, ex quo iustum ius fouet malitiam 789 Actoris sua negatione retrudere ualeat; & ut itá dicam cauillationem cauillatione tollere possit.

Circa primùm, Quæstionem ponunt Bart. Dec. Cagno. & Mainer. in l. non potest uideri improbus. ff. de reg. iur. idem Bart. in l. 1. § stipulanti. ff. de uerb. oblig. & in l. si is qui ducenta. §. Vtrum. ff. de reb. dub. Curt. in tract. de posit. breuil. 24. nu. 50. Cæpol. caut. 216. Debitor soluit in secreto, & caut. 109. si mutuaui centū. Idem Dec. in l. in eo quod plus. ff. eodem tit. de reg. iur. & formant quęstionem † An & quando plus debito petitur, totū impunè negare, & quan- 790 do positio partim est uera, & partim falsa, an tota refelli ualeat; & quam cautelam callidi Aduocati adhibere soleant?

Et distinguendo secundum doctrinam Bart. inferiùs recensendam, pro clariori explicatione duos casus propono; Alterum de facti promissione, Alterū de promissione quantitatis; Vt si sumus in facti promissione, uera sit decisio Iurisconsulti in d. l. si is qui ducenta. §. Vtrum; qui factum ipsum proponit, & ressoluit; Verum Gloss. ibi aliter rem ipsam declarat, & dicit quod: Aut sumus in

materia diuidua, aut in indiuidua. Si in indiuidua liceat quidem totum, ratione partis falsæ negare in indiuidua secus: Communem dicit Alex. in d. l. stipulanti, & Imol. in cap. nam concupiscentiam, de constit. In promissionibus autem quãtitatis totum ratione partis falsæ negare non licere, dicit idem Bart. in d. §. si stipulanti, &
791 in l. si quis cum totum. ff. de except. rei iud. rationem allegat, † quia qui totum petit, & quamlibet eius partem petijsse uideatur: Vnde partem veram tanquàm, & ea in petitione deducta uidetur confiteri debet; & responsio ad totum, & ad quamlibet eius partem di-
792 recta intelligitur; sicq́. † negando totam partem ueram, quæ ipsi toto inest negauisse dicitur; Et quã confiteri omnino tenetur, tamquàm & de ipsa in petitione, seu positionibus requisitus censeatur: & in iudicijs Actor aduersarium suũ in parte debita, in mora con-
793 stituit: Ex quo etiam inferunt, † Negantem rem esse suam, & communem esse negauisse censeri, Gloss. in c. fin. 12. q. 1. refert Pan. in c. 1. num. 15. de plus pet. Bart. opinionem quàm cõmunem asserit, sequitur Alex. in d. §. si stipulanti, & in l. ex facto. §. item quęro. ff. de vulg. & pup. vbi confutando opinionem Bal. ibi relati, & Canon. in d. c. nam cõcupiscentiam, ad multas infert quæstiones, per quam vtiles, ac necessarias, eandem opin. tenet Ioan. And. in cap. dilecti, de maior. & obed. & in c. in pręsentia, in nouellis; eandem videtur tenere Ias. in eodem §. si stipulanti: Eandem pluribus effert Card. cons. 35. & in praxi etiam id seruatur in partibus Galliarum; quam & commmunem dicit Gabriel. tit. de expens. concl. 2. nu. 2. & seq.

Verum Bald. cuius opinionem multi sequuntur; quamq́. sequitur Dec. in d. l. non potest uideri improbus, & in l. in eo, quod plus, ff. eod. tit. de reg. iur. tenet contrarium, ad Bart. rationẽ responde-, quod non obstat, ut ille qui negat totum, etiam partem negauisse
794 dicatur tanquàm, † maiori summę minor insit, d. l. si quis cum totum, quoniam respondetur quod pars quę in toto, & minor quę in maiori summa continetur, ad integrandum totum, & maiorẽ summam eis inest, sed per se illa minor pars, uel minor summa nõ videtur petita, licet debita, vt notabiliter declarat idem Bart. in l. scire debemus, in fi. princ. ff. de uerb. obl. ubi inquit, quód si promisisti centum, non cẽseris petijsse quinquaginta, tanquàm promissa, quia illa quinquaginta promissa non fuerant, licèt sub generalitate illorum

illorũ verborum includantur benè vt debita sic in proposito cum † positio sit facta de centum, non dicitur facta de quinquaginta, licèt in summa centum quinquaginta contineantur, & ideo qui negat positionem de centum, positionem de quinquaginta negare non dicitur; vnde periurus non erit; At Bart. ipse in l. qui solidum, in princ. ff. de leg. 1. forsan resipiscens concludit † quod si quis plus debito petat, Reus iustam litigandi causam habet super toto, † nisi Actor dicat se partem recepturum paratum esse; quare Imol. Aret. & alij in d. § si stipulanti, communiorem contra Bart. asserunt, cui adhærent Innoc. Franc. & alij in cap. præsentium, in 5. col. de testib. & cum ipsis Felin. in d. c. nam concupiscentiam, vbi tamen ponit tres limitationes: Et nedum tenentes contra Bart. his rationibus totum ratione partis falsæ negare posse concedunt; Verum volunt vt interrogatus ad decem, si promittat viginti, non dicatur separatim illa decẽ promittere; ita vt ipsi maiori summę insit. ponit Dec. in d. c. in eo qui, & respondet volentibus regulam, d. l. in eo, & d. §. si stipulanti, procedere in oratione affirmatiua, non autem in oratione negatiua, tãquam verum sit, ego habeo cẽtum, ergo & quinquaginta; At non sequitur, non habeo centum, ergo nec quinquaginta; Atqui multi volunt, vt habeat locum in utraque oratione, siquidem licet potentiùs neget negatio, quam affirmet affirmatio, vt superiùs dictum est, & dicunt Gloss. & Doct. in d. c. cum dilectus, de consuet. & in l. hoc genus. ff. de cond. & demonstr. tamen ex hoc non rectè infertur ad casum nostrum; Ideo enim † in oratione affirmatiua, in maiori continetur, quod minus est, quia affirmatiua ad construendum, negatiua autem ad destruendum ordinatur, & priuandum, vt ibidem dicit Dec. & est ex mente Pauli de Castr. in d. §. si stipulanti: Benè positiones sub copula factæ, in totum negari possẽt; si altera ipsarũ sit falsa, d. l. si is qui ducenta, §. cum ita, secus si sub disiunctiua. §. pen. Inst. tit. de hær. inst. & gloss. in d c. cupientes, in verbo malignantium, dicit, quod qui habet ius in principali accessoria, & dependentia negare potest, refert Curt. in tract. de posit. breuiloq. 18. num. 42.

795

796

797

798

Vndè Pan. in d. c. 1. n. 15. de plus pet. credens fędere distinctionis soluisse hunc nodum, dicit quod aut quod falsò petitur, est falsum in quantitate, aut in qualitate, si in quãtitate, seu continua, seu discreta,

discreta, vtique ratione partis falsæ, totum negari non licet, si in qualitate maximè, hanc eandem distinctionem ponit idem Bart. in d. §. si stipulanti, & in d. l. si quis cum totum rationem diuersitatis
799 allegant, quia † qui totum petit, & quamlibet eius partem quantitatiuam petijsse videtur; vndè partem ipsam veram, tamquàm & ea separatim, petita dicatur, confiteri debet; & responsio sicuti ad totum, ita & ad quamlibet eius partem directa intelligitur, & sic negando totum, & partem ipsam negauisse, cõsequenterq; pœnam falsæ negationis incurrisse dicendum est; vt superiùs retulimus, si in qualitate, vt quia res sub falsis ponatur cõfinibus, vel fundi vocabulo, vt exemplificat Speculator in d. tit. de posit. §. 7. vers. 11. si ponis me hodie comedisse in Ecclesia, cũ alibi comederim, potest
800 totum negari, quia ut superiùs dictum est, † falsa illa qualitas diuersificat factum, & aliud factum censeri facit; Ex quo sub alijs, & diuersis qualitatibus ponitur uerum, & substinendo Bald. & Alex. opinionem distinctio hæc tuta non est, quia adhuc vigẽt rationes, superiùs contra eum allegatæ, & ad illud quod toto petito, & quælibet eius pars petita cẽseatur, iam superiùs responsum est, & egregiè respondent Dec. & Cagn. in d. l. non potest, pariter si rõne qualitatis est falsum, quis bonam fidem agnoscere respõdens tenetur, & sic quod ab eo petitur, verè confiteri debet: Ego dicerem aliud censeri in responsione ad petitiones seu libellum aliud in responsione ad positiones: Atqui cogitãdum relinquo, quia veritati semper locus esse debet, vt dixi. Verum in tanta Doctorum varietate, & rei anfractu praxis introduxit, vt respectu positionum; ponens postquàm posuerit, talem habuisse tantam quantitatem adijciat,
801 † & si non credit de tanta quantitate, dicat de quanta, ascensiuè, vel descensiuè, descendendo vsque ad minimum, cautelam hanc ponunt Cuman. in d. §. si stipulanti, & ibidem etiam Ias. nu. 10. Gallia. num. 19. & Alex. num. 5. Felin. in d. cap. nam concupiscentiam, Cagnol. in d. l. non potest, refert Surd. Decis. Mant. 58. Sed absque etiam hac cautela defendendo Bart. puto respondentem bonam fidem agnoscere, & confiteri de parte, quæ uera est teneri, vel distinguendo inter simplicem petitionẽ, & positionem, quantitatis peti-
802 tioni totum neget ratione partis falsæ ad positiones, † in quibus iusiurandum interuenit partem confiteri obstringitur, & considerat

etiam

etiam Cagnol. ibi. Illud addere non sum oblitus, quod si in libello, † plus debito petitum fuerit, & reus totum negauerit, communis opinio est cum Bart. in d.l. qui solidum, & dicit Gabriel. qua superius alleg. concl. 2. n. 10. vt negans expensarum dispendium non patiatur rationem allegat Cagn. ibi, vt verisimile nō sit, quod totum, vel plus debito petens partem, velit accipere, nisi id dixerit, l. Lucius. §. Tutor. ff. de vsur. & litigans super toto iustam litigandi causam non habet, ob quā reus in expensis condemnari debeat, ex latè deductis per Ias. in l. properādum. §. sin autem alterutra, col. 6. C. de iud. Lanc. Gallia. & alios in d. §. stipulanti, ex quo respectu totius indebitum petit, Salic. in d. §. sin autem alterutra. Quinimmo multi volunt hoc casu actorem ipsum in expensis condemnari debere, vt per multos quos allegat, dicit Gabriel. d. concl. 2. num. 11. qui allegat Alciatum, ita pro communi, in d. §. si stipulanti, nu. 48. 803

Illud sequendo Bart. distinctionem moneo quando positio falsa in qualitate etiam est, vt totum negarę liceat; Animaduertēdum puto, quod proteruitati respondentis occurrere volens, atque illius peruicatiam puniri, adijciat positionibus, & si non credit de tali loco, & tali tēpore, dicat de quali, & erit similis supradictæ aliæ cautelæ propositæ, vt uolens probare positionem, quæ posset reputari in partem falsa, respectu quantitatis, vt addat, & si non credit de tanta quantitate, dicat de quanta.

Vnum scite considerat Bald. in d.l. ea quæ, num. 8. quod à materia hac nostra haud alienum puto, ut negans qualitatem puniatur, quasi totum negauerit, tamquàm per qualitatem, sicuti substantia per accidens demonstretur, ut superius dictum est, & dicit Bart. disputauisse hoc in materia delictorum, in sua quæstione, quæ incipit per Italiam, qui distinguendo dicit, quod aut talis † qualitas ponit 804
delictum in aliam speciem, quam confessatam, & tunc negata qualitate, delictum ipsum negatum censetur; quo ad pœnæ ipsius augumentum rationem allegat, quia † intentiones differūt pēnes ea, 805
quæ considerant. l. si ego. ff. si cert. pet. † Vnde si interrogatio, & re- 806
sponsio non considerat vnum & idem ibi non est uera confessio,
† Item puniens, non considerat verum, sub specie ueri simpliciter, 807
sed sub specie boni, uel mali: Item sub specie prohibiti, & ideo fateri non dicitur, aliquid qui sub alia specie illud confitetur.

Rursus

808 Rursus confessio debet esse relatiua ad finem sui antecedentis.l.si defensor.ff eod.tit.de interrog.act.aliàs antecedentis confessio non esset, sed eius destructio,& sine destructo, nil restat ex his quæ ordi-
809 nantur ad finem, hoc autẽ habemus in simili, † quod quando qualitas totam rem ipsam, respicit defectus in qualitate defectus, in toto, & quota dicitur, l.exhibitionis, C.ad exhib.aut talis qualitas delictum ipsum in aliam speciem non ponit, & tunc secus Angel. in d.§.si stipulanti; qui dicit, quòd si quis ad sui necessariam tutelam homicidium commisisse afferat negare uidetur, itaut tãquam negans puniatur, licèt moderni ibi contrarium teneant, allegando Bald. itá tenentem, & bene.

Circa secũdum,& hic iacet Lepus,Nonnullorum est opinio mutuatario, qui secretò accepit mutuũ, & secretò etiam restituit, itaut si habuisse confiteretur, & adderet, sed restituisse, seu pactũ de non petendo ei factum fuisse tuta conscientia, illud negare non licere, quia negando mutuum, sibi factum mentiretur,quod facere haud-
810 quaquam debet, c.1.& c.seq.22.q.2. quoniam † potius quis debet omnia damna pati, quàm malo consentire, cap.Sacris,de eo, quod metus causa, tum quia iusiurãdum ipsum Deo præstatur, cui men-
811 tiendum nõ est, & de quo scriptum legitur, † Reddite Dño Sacra-
Matt. 5. menta uestra, habetur in c. & si Christus, de iureiur. etenim per-
812 fectis hominibus mentiri nunquam concessum fuit, † Et pro temporali cõmodo veritatẽ haudquaquã negare licet,ut inquit D.Augustinus super Psalmos, & habetur in cap.ne quis arbitretur, d.22. q.2. Et cum mendacium manifestè contra Christum sit, qui ueritas est, contra Christum nihil attentari conuenit, cap.fin.distin.8.
813 siquidem † Anima quę cunctis opibus præferẽda, præciosiorq́. est, l.Sancimus, C.de Sacrosanct. Eccles.

Caloq; præstantior omni. vt inquit Ouid. Metam. 2.

Pro quocũque commodo temporali, interitui salutis æternæ subijcienda non est; Etenim quid prodest homini, si totum mundum
Matt. 16. lucretur, anima uerò sua detrimentum patiatur? Et Hippoc. dat
814 † præceptum Medicis ne dent ægrotis remedia non tuta; vnde stibium ægrotis præbendum non est; Et quã commutationem dabit homo pro anima sua? potius abijcienda sunt temporalia hæc om-
Matt. 19. nia, quam in quoquam animæ detrimentum pati. Petrus, quia dixit,

dixit, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te? quid ergò erit nobis? meruit sibi dici à Domino, Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus
Israel: & arguendo à simili de furto ad periurium, † à quo valet ar- 815
gumentum. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. A. Titio. ff. de verbor. obligat.
† Ea. n. quæ in radice, & causa conueniunt, vt & in fructu, atque ef- 816
fectu conueniant, necesse est. l. de quib. vbi Ang. ff. de legib. sicuti nullo pacto furari licet, siquidem præceptum furti, est negatiuum,
† Quod semper, & ad semper obligat, vt superius dictum fuit; ita 817
nec deierare argumẽto hoc de vno ad alterum prædictorum vtitur
D. August. vbi sup. & de deierante dicitur, Perdes omnes qui lo- *Psal. 5.*
quuntur mendaciũ, & testis falsus non erit impunitus, & qui men- *Prou. 19.*
dacia loquitur, non effugiet. Etenim dictio illa omnes est vniuer-
salis, † quę oĩa includit, & nihil excludit. l. A. procuratore. C. Mand. 818
l. si plurib. ff. de leg. 1. periurio † etiam non parum læditur Iudicis 819
potestas, in cuius manibus præstatur, cuiq. iureiurãdo maximè veritatem dicere debemus, eamq. ei non dicere est ei non obedire;
quod & est contra præceptum Domini, † Vt qui non obedit Prin- 820
cipi, morte moriatur, cap. 2. de maior. & obed. *Deut. 17.*

Quæstionem formant, moreque suo elegantèr pertractant, Anchar. in reg. possessor malæ fidei, sub num. 25. in 6. & Boer. decis. 143. sub num. 10. qui referendo tenentes, ne respondens ipse damnum suæ confessionis indebitè patiatur, & improbus litigator suæ peruicacitatis commodum consequatur, respõdenti consulunt, vt in respondendo prouidus sit, & confiteatur quidem sibi mutuatum, sed statim adijciat, verum soluisse, vel paginam de non petendo, seu remissionem ei factam fuisse, dictum hoc fuit originaliter glossæ in l. si quidem. C. de except. quod singulare reputat ibi Bald. & in praxi seruandũ, asserens huiusmodi responsione cui adiectum sit, nec aliter, nec alio modo fieri, ne reus confessione ipsa præambula condemnari valeat, tamquàm ea cum tali qualitate acceptanda sit, quod & Ias. sequi videtur, in §. item si quis, num. 63. instit. de action. & in l. 3. q. 24. C. de iure emphit. Verùm Ang. ibi ei non assentit, quinimmò glossa sentiens hanc difficultatem, vt nẽpè talis confessio scendi possit, & quatenus confitetur censeatur fundata in-

tentio ipsius Actoris, incumbatq. ipsi respōdenti probare postmodum exceptionem, in l.except. C.de probat.& plenius in d.l.si quidem, dat aliam cautelam, vt reus neget quidem sibi factū mutuum, sed adijciat, & si mutuatum reperiretur solui; vel facta est mihi remissio, vel pactum de non petendo, quod magis seruari in praxi asserit, quod & per Din.in reg.exceptionem in 6. dictum reperij Im. in d.c.cupientis, in verbo, Malignantium, Bal.in l. quinquaginta. ff.de prob.gloss.& Doct.in d.l.si quidem.C.de except. Adest etiam cautela Zepollæ Veronen.136. Atqui & hæc quidemcautela substinendo opinionem prędictam tuta non est, quia in eandē difficul-
821 tatem, † num ipsa responsio scendi valeat incideremus, etenim si scindenda esset; vtique per ipsam negationē respondens ipse mendax diceretur, & periurus si ad positiones facta esset, & clausula illa, seu exceptio conditionaliter posita, non saluaret ipsum, contrauenitetq. nihilominus supradictæ opinioni faciunt tradita à Pan. in cap.Bonæ.1.col.pen. de post. prælat. cum allegatis ab eo; quod maximè procedit vigente statuto, vt in plerisq. locis Italiæ viget, quod respondens positionib. simpliciter respondere teneatur, alias pro confesso habeatur, est celebris doctr. Bart. in l.1.§. si quis simpliciter.ff.de verb. obl. Nam simpliciter responsum dicitur, quādo sine aliqua qualitate, & additione responsum legitur, & illa dicitur
822 † simplex Responsio, quæ est vnica, vel collata ad vnum. Bald. in l.1. num.2. ff. de vulg.& pup. & sub vna constructione uerborum, & simpliciter dicitur quasi sine plica, vt latè deducit ex multis quæ allegat Ias.in d.§.si quis simpliciter, & ibidem etiam Socin. in aliquibus locis; vbi non viget tale statutum, admittitur responsio per verbum non credit, vt ponitur, & cū simplicitas referatur ad mentem, simpliciter dicitur, quod nullo addito quod alteret factum dicitur, vnde si quod additur responsioni, quæ non sit de natura rei interrogatæ, uel in ea compræhensum facit, ut non simpliciter responsum dicatur: Exempli causa si quis interrogetur, an uendiderit, & ille respondiderit, vendidi pro decem, non erit simplex responsio. Bald. in l.1. in princ. & quæ ibi adduntur. C. de ædil.acti. Bart autem in l.non vtique. ff. eod. tit. de except. dat aliam expositionem, quod quando quis obijcit solutionis exceptionem, Actor confitetur ipsam, vt quia replicando dicit, confiteor soluisse, sed

tunc

tunc eram minor, nec poterā recipere solutionem, † quā tunc reus 823
fateri videatur, arg. l. quoniā ff. quib. cauf. infam. irrog. alias secus; & hanc doctrinam allegat Aret. §. seruus, Instit. de cap. dim. Verum pace tantorum virorum, talis expositio mihi haud placet, sed materiam altiùs repetendo, eamq́. ad praxim reducendo, empiriceq́. procedendo, vt promisi, præsuppono duos terminos logicales, qui & passim in iure nostro recipiuntur, nēpè † Propositionum alteram 824
dici Cathegoricam, Alteram Hypotheticam, vt Præpositio Cathegorica sit illa, quæ habet subiectum, & prædicatum cū copulæ, tanquàm principales sui, vt homo est animal subiectum est homo, prædicatum verò est animal: Hypothetica verò est, quæ habet in se duas, vel plures Cathegoricas, vt si tu es homo es animal, vel huiusmodi; Secundum has propositiones sufficienter, & minus sufficienter responsum pōnibus dicitur, stantibus etiam statutis, & ordinamentis prædictis, exempli causa, si facta fuisset positio, quod quis vltro ratificauit testamentum in quo prohibita fuit detractio legitimæ, & illi respondeat, Non credere ratificauisse, uel cū qualitate non credere se spontè ratificauisse, talis responsio habet duas Cathegoricas, & dicitur hypothetica, qua non videtur satisfactum statuto, mādanti responderi clarè, & simpliciter, per verbū credit, vel nō credit, gloss. fin. in l. Quæsitū, de acquir. rer. don. Bart. in d. l. si is qui ducenta. §. vtrum, in princ. etenim Cathegoricè respondere nil aliud est, quā respondere eo modo, quo fuit facta interrogatio: Itaque si simplex fuit positio, simplex & debeat esse responsio, si duplex sit, duplex etiam responsio esse possit. l. vt responsum. C. de transf. §. præterea, Inst. tit. de inutilib. stip. Alex. in d. l. 1. §. si quis simpliciter, col. 2. vers. 2. limita ubi, & Alciat. num. 9. & seq. ff. de verb. obl. Asin. in sua Prax. c. 18. §. 19. Declarat Osasc. decis. 168. num. 3. & 4. & Menoch. de arbitr. iud quæst. cas. 251. & in terminis istis logicalibus declarat Ripa in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 92. & 102. ff. ad Senatusconf. Trebel. & latius Vasquius de success. progressu lib. 3. §. 24. & 25. cautelasq́. ad euitandam fictam confessionem ipsarum positionum, si fiat responsio in forma hypothetica, ponit idem Osasc. decis. 188. Curt. in Tract. de posit. breuiloq. 10. & 18. diciturq́. simpliciter facta responsio, etiam si sit adiecta conditio ex natura actus necessariò perueniens. Alciat. in l. 3. num. 9.

verſ. ideoq́. de leg.1. An autem ſi reſponſum fuerit non credit, ſe vltrò ratificaſſe ex tali reſponſione, confeſſio affirmatiua implicita reſultet, iuxta notata in c.Super, de renunc. Veritas eſt, quod non,
825 quia regulariter † ex diſpoſitione negatiua nihil ſequitur, nullaq́. inducitur affirmatio.Lex facto.ff.de hęred.inſt. Bal.in l.2.C.de cōd. inſer. & in tit.de pace conſt.§.Vaſalli qui tempore, Alex.conſ.150. nu.26.lib.5. Notabilem diſtinctionem ponit Ioſeph. Lud. deciſ. 8. col.fin.vol.1.in Summa, ſi Cathegorica ſit poſitio, vt Cathegorica ſit reſponſio, quod ſi hypothetica ſit poſitio, ut & hypothetica ſit reſponſio, neceſſe eſt clara itaq́. debet eſſe poſitio, vt clara ſit reſpōſio, Galeot.in ſua Margherita, c.19. nu.10. Aliam declarationem ponit Boer. qua ſuperiùs citata deciſ. 243. num. 13. vel fortè reſponderi poſſet ſimpliciter non credit. Vndè ſucceſſit altera opinio ſupradictæ omninò contraria, ut qui ſecretò mutuatas pecunias reſtituit, quam ſecretò etiam accepit, liberè illas accepiſſe, negare ualeat, opinionem hanc intrepidè, & validiſſimis rationibus in vtroque foro defendunt. Anchar. & iſdem Boer. quibus ſuperiùs allatis locis, qui & ſuper hoc conſuluiſſe aſſerunt peritum Theologum, & quam originaliter fuiſſe, gloſſæ in d. l. ſi quidem diximus, quia cum aliter proteruia ipſius falſi petitoris conuincere non valeat,
826 aduerſusq́. eam ſe defendere † Cauillationibus cauillationem ipſam repellere poteſt, d.cap.Cupientes, ubi Gloſſ.de conſtit.c. nullus d.22.q.2.quia nō ob id aduerſarium decipere, aut dolum committere, ſed dolum excludere dicitur.l.cū pater.§.Titio.ff.de leg.2.
827 Iaſ.in l.cū proponas, col.2.C.de pact. Marſ.ſing.177.† & tuta conſcientia negare valet, quod ab eo irrationabiliter petitur, vt ſuperiùs dictum eſt, cum non dicatur mentiri, ſed mentientem propellere ad inſtar, ut malitia contra malitioſè agentem uti, calumniari non eſt; ſed uerſutè malitiam Aduerſarij tollere. Facit etiam tex.in d.l.ſi ex falſis.C.de tranſact. Neuiz.in ſua Silua nupt.in verbo, Monitoriæ, limit.5. & ſimpliciter ponens quem habuiſse talem rem, nec ſubdit, & quā retro non habuit, non obſtringit Aduerſarium ad ei reſpondendum, tanquā captioſus. Afin. in ſua prax.§.19.ca.21. allegat, Alc. in l.1.§.ſimpliciter, num.26. ff.de verb.oblig.
828 Non obſtant prædicta, & primò, quod mentiendum non ſit, etenim illud intelligitur in perniciem proximi ſui, & ad decipiendum.

dum, † quia cum plura sint genera mēdaciorum, D. August. super 829
Psal. dicit, duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, nēpe cum aut iocamur, aut vt proximis prodeamus mētimur: Illud primum in iocando ideo non est perniciosum, quia non fallit; Nouit enim ille, cui dicitur, cum ioco esse dictum, Secundum autem ideo minus est, quia retinet quandam beneuolentiam; illud autem quod nō habet duplex cor, nec mendacium, quidem dicendum est, tāquàm verbi gratia, si cui gladius cōmendetur, & promittat se redditurum, cum ille qui commendauit poposcerit, si fortè gladium suum repetat furens manifestum est, tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios, donec ei sanitas restituatur; & habetur in d. cap. Ne quis arbitretur. Nauar. in suo manuali, cap. 17. num. 63. At in casu nostro nedum mutuum petens non fallitur, sed ut ei prodeatur, mentitur, quia mētiendo liberatur anima sua à morte æterna, quæ moreretur; indebitum ipsum consequendo, quod fortasse consequeretur, nisi respōdens mentiretur, & sic ex mente D. Augustini ibi,
† mendacium prauum non dicetur, quod magis prodest, q̃ noceat. 830
Rursus, Et cum † Mentiri sit contra mentem ire, qui Mentitur 831
negando quod ab eo iniustè petitur, contra suam mentem non it, quæ est indebitè non grauari, & proximum suum liberari à peccato, quod lucro ipsius liberatoris apponitur; Igitur lætale piaculum non erit.

Minus obstat simile de furto, quia alienum quidem furari non
licet, † At si ego aliter rem meam recuperare non possum, eā furto 832
subtrahere clàm & citrà furti reatū mihi conceditur. c. non sanè 15. q. 5. modò debiti quantitatem non excedat; verba sunt desumpta ex Epist. D. Augustini 15. ad Macedonianum, & sunt ista, Non sanè quicquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur, nam pleriq. nec modico volunt reddere honorem suum; nec operam mercenario, nec tamen hæc, quia ab inuito accipiunt per iniuriam accipiunt, quia potius per iniuriam darentur, sic in negatione ista, Non dicitur falsum committere, & mentiri, qui potius mentientem petitorem, & qui per iniuriam quod ei non debetur, consequi vellet, repellere, nec eo quia periurium sit de præceptis negatiuis, quæ obligant semper, & ad semper, Negationē ipsam, seu mendacium admitten-

mittendum non esse, affirmandum est. Etenim illud vendicat sibi locum, quando tale mendacium proximo esset damnosum, concurruntq. contenta in definitione mendacij; aliàs non, vt in simili dicitur de ipso furto, quod & si præcepto negatiuo prohibeatur, tamen & aliquando in supradictis casibus permittitur, pari ratione periurium non incurritur, quod ita demum habet locum, quando illud in damnum proximi sui committitur, quod & Propheta sentire videtur, dum quærens: Quis intrabit in Tabernaculo Dei?
Psal. 23. subdit, Qui non accepit in vanum animã suam, nec iurauit in dolo proximo suo, & cum in furto aliquando legatur facta concessio, multò magis in ipso mendacio, ac periurio, quia furando aufertur;
833 iurando autem in casu nostro non aufertur, sed retinetur, † & facilius retentio, quàm actio conceditur. l. licet in princ. C. de acquir. possess. l. 1 §. quod ait. ff. de superfi. vel saltem quatenus aliqua culpa insit eaq. Deum habeat vltorem, facilis erit remissio ex quo in aliquo non læditur proximus, cui ob id nulla facienda est restitutio, & mitius agitur cum Deo, quàm cum eius ministro. l. Celsus. ff. de recept. arbitr. & secundum hanc opinionem cõcludunt Anch, & Boer. quibus supra citatis locis, quodq. cum tàm in ancipiti sit apud Iuris Pontificij interpretes, ac Theologos errare non puto, errore saltem damnabili, qui tenendo hanc opinionem, sic negaret per ea quæ notabiliter dicit Bald. in cap. ne innitaris, de constit.
834 relatus ab Innoc. & † qđ hæreticus non dicatur ille, qui credit illud in quo multos Sanctos Patres habet contestes; licèt non omnes faciunt, & tradita à Goff. & Io: And. in cap. Capellanus, de fer.

Huic finitima est illa quæstio in foro sæpe versari solita; Num præsentato Chirographo manu debitoris cõscripto, vel subscripto, si debitor interrogatus num fuerit eius manu conscriptum, vel sub-
835 scriptum, & responderit † Chirographum ipsum manu eius conscriptum, vel subscriptum non continere veritatem, num talis confessio ei præiudicet, perinde ac si simpliciter fuisset ab eo confessatum absque vlla qualitate, ita vt cum scribens, vel subscribens scripturam ipsam, & contenta in ea approbare, eiq. consentire videatur. l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. l. 1. ff. de const. pec. §. 1. Inst. tit. de empt. & vend. Alex. cons. 147. col. 3. vers. si igitur subscribens, vol. 2. Gabriel. in tit. de præsc. concl. 3. circa princ. Incumbat ipsi

consi-

confitenti postmodum probare ipsam qualitatem. Dubium facit, quia cum huiusmodi recognitio sit qualificata, vnica structura verborum confecta, & vnicum capitulum contineat, scindi haudquaquam ualet, sed vel in totum, & cum ipsa qualitate acceptari, vel in totum respui debet. gloss. in l. si quidem, vbi Salic. num. 6. C. de except. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt, num. 3. ff. de lib. leg. vbi explicat qualiter vnum capitulum, vel plura ea continere intelligatur. Pan. in cap. Bonæ 2. col. pen. de post. Præl. Rim. iu. consf. 127. num. 10. Surd. decis. Mant. 258. num. 4. & seq. And. de Alfer. inter consil. crimin. diuers. cons. 26. num. 46. in recollectis Zileti Tom. 1. faciunt tradita à Boer. decis. 243. nu. 3. Cyn. in l. 2. C. de don. propter nupt. ponit & quæstionem Lanf. de Oriano in d. cap. quoniam contra, in verbo Confessionis, nu. 19. ratio est quia cum fieri possit, vt & scriptura fuerit scripta manu debitoris, non tamen contineat veritatem, sub ista facti possibilitate, statuitur ius, vt talis confessio confitenti non præiudicet, sed debeat, aut in totum acceptari, aut in totum respui, ne quis indebitè prægrauetur. In hanc opinionem descendit Senatus Pedemontanus in casu partus, qui prætendebatur necatus, in quo cum fœmina de eo imputata respondisset, peperisse mortuum, & fieri posset, vt ita esset, quinimmo aderant coniecturæ multæ pro ipsa qualitate, non fuit pœna ordinaria condemnata, sed pœnam ipsam Princeps suo arbitrio multum molliuit, vt refert Thessaur. decis. 13. num. 7. qui & pro ipsa opinione allegat Gabriel. lib. 7. concl. 19. Contrarium autem deducitur in auth. Contra qui propriam. C. de non num. pec. Alex. d. cons. 147. vbi parificat casum scribentis, & subscribentis. Gabriel. in tit. de præsumpt. concl. 3. in princ. rationem allegant, quia recognita per debitorē syngrapha, quod sit eius manu conscripta, vel subscripta, creditor fundatam habet intentionem, quod ex tali recognitione probatum sit debitum, tametsi debitor tali recognitione adiecerit scripturam ipsam non cōtinere veritatem; vnde qualitas ipsas per allegantem probanda est, allegant. l. scripturas, ibi suum robur habere decernimus, iuncta gloss. in uers. hoc tamen dēt cōstare. C. qui pot. in pign. hab. Bald. in cons. 466. in princ. vol. 5. Ruin. cons. 46. num. 12. vers. facit lex scripturas, vol. 4. Burs. cons. 39. num. 20. Rebuff. in tract. de chirographi recogn. in præfat. num. 50. Verum in

tanta

tanta Doctorum varietate fœdere distinctionis aliqui conciliare ipsas opiniones nixi sunt, & inter alios Maranta in suo spec. par.6. act.5.num.27. scilicet vt quando contra huiusmodi confessionem qualificatam, vnico verborum inuolucro contextum, vnicumque capitulum continentem adest iuris præsumptio exemplificando in criminalibus de imputato de homicidio, quod dicit ad sui necessariam defensionem commisisse, scindenda quidem sit ipsa confessio, & sine qualitate acceptanda; etenim cũ homicidium sit omni iure prohibitum, & omne male factum prauè semper præsumatur actum.l.illud, de iureiur. Bal.in l.1.col.15. C. de conf. non mirum, si scinditur ipsa confessio, & transfundatur onus probandi qualitatem in ipsum confitentem, qui probare debet, ad sui necessariam defensionem hominem occidisse ad formam.l.vt vim.ff.de iust. & iur. hoc idem videtur sentire. Bart. in d.l.Aurelius. §.Idem quæsijt, glossa in c. col.2. de const. vbi dicunt confessionem vnius constructi, quæ aliàs non scinditur, scindi posse, & sine qualitate acceptari valet, propter præsumptionem quam habet contra se, Ang. de Malef. in verbo Comparuerũt inquisiti.Alex.in l.decem. vbi & Aret. col.fin.ff.de verb.oblig.Felin.in cap.cum venerabilis, num.15. de except. & in ciuilibus exemplificant in respondente Aduersarium possidere vitiosè acceptatur nanque respõsio; quod possideat, at reijcitur qualitas illa, quod vitiosè possideat cuius probatio, sic respondenti incũbit, in his terminis respondit Aymo, Craueta cons.150. in fi. Rot. Rom.dec.802. nu.4.par.1. in nouiss. Secus quando pro ipso confitente, respectu qualitatis in confessione appositæ, adest iuris præsumptio, quia tunc huiusmodi cõfessio scindi non potest, sed in totum acceptari debet. Pan.in d. c. Bonæ, col. pen. Alex. cons.39. circa vltimum, in fine, vol.7.& in cons.2. ex narratis itidem, in fine vol. 4. Vnde si responsum fuisset, verum est, quod recepi à te cẽtum, quæ mihi debebas, causa mutui. Vbique talis responsio cum ipsa quallitate acceptãda est, nec scindi debet; communem dicit Alex. in nuper citatis consilijs, fundatam in l.Publia.§.fin.ff.de pos. communem etiam dicit in casu quãdo præsumptio est pro sic qualificatiuè confitente, Gabriel.d.concl.19.circa princ. Veruntamen in hac brocardica quæstione non defuerunt, qui non fidendo de suprascripta distinctione, aliam attulerunt, vt

nempe

nempè tunc confessio qualificata non possit scindi, sed simpliciter, & cum ipsa qualitate acceptari debeat, quando qualitas sic actum ipsum transubstantiat, vt faciat alium actum censeri, & si absque tali qualitate acceptaretur; esset acceptare quid diuersum ab eo, quod confitetur, ita considerat Grat. per multa iura, quæ allegat cons. 127. num. 2. & 11. vol. 2. Cogitate.

At redeundo, vnde discessimus illud pro constanti pono, quod negans positionem, potest se nihilominus in illa fundare, reuocando incontinenti negationẽ, Bart. in d. l. post legatum. ff. de his quib. vt indignis quicquid afferat in contrarium. Castren. & tamdiu licita est reuocatio responsionis, quandiu illam pars non acceptauerit; aliàs non nisi docto de errore. Tiraq. de retract. conu. §. 1. gloss. 5. num. 15. & seq.

Alia succedit hæc iuris distinctio, dum quærimus nùm licita sit correctio iniustæ negationis, vsquequo ea per partem acceptata fuerit, † aut talis reuocatio fit ad pœnam euitandam; aut ad premium consequendum, si ad pœnam euitandam, vtique supradicta prima distinctio procedit, si verò ad premium consequendum minimè: distinctionem hanc ponit Ias. in d. l. sicut. §. quod autem. n. 8. & in d. §. ex maleficijs, nu. 16. cum seqq. rationem allegans, quia † facilius fiat pœnæ remissio, quam quod premium quis consequatur. Bart. & Bald. in d. l. eum qui. ff. de iureiur. idem Bal. in l. error, col. 6. C. de iur. & fact. ignor. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. post legatum, exemplum ponitur in casu statutorũ in quibus sponte confesso certa pars pœnæ remittitur, & in eo qui negauit, & postmodum confitetur, seu reuocat negationẽ. d. l. si dubitetur, & §. si seruus instit. de noxa dicit Ias. in d. §. quod autem, num. 9. quod si agatur ad pœnam euitãdam, vt putà si iure municipali caueatur, quod negans delictum, si de mendacio conuincatur, teneatur ad tertium, vel quartum plus admittitur fortasse ipsa correctio vt ibidem, & quod dicitur de delicto illo, quod per inficiationem crescit, vt in casu legis. 2. ff. ad l. Aquil. non intelligitur si qualitas quæ facti ipsius substantiam non alteraret negetur, d. l. Senatus; secus si facti ipsius substantiam alteraret, vt l. denunciasse. §. quod tamen. ff. ad l. Iul. de adult. vel nisi tale quid esset, quod negãs verisimiliter ignorare potuisset, etenim iam diximus iustum errorem ab hac pœna

836

837

excusare, d.l.error. Bart.in d. l. eum qui, & in sua disputatione incipiente, Communiter per Italiam, refert Ang. in d. §. ex maleficijs, num. 25.

Et generaliter quando qui primo negauit admittatur ad confitendum, seu reuocandam negationem, vt damnum euitet, vel consequatur premium, videatur Ias.in d.l.sicut, & in d.§. ex maleficijs num.26.cum seq. qui cumulatissimè per casus,& conclusiones more suo rem enucleat.

838 Atqui cum quinque in iure sint actiones, quæ per inficiationem crescunt, nempè furti nō manifesti, damni iniuria dati,ex l.Aquil. depositi ex quibusdam causis serui corrupti, & legati Sacrosanctis Ecclesijs, vel alijs Ven. locis relicti d.§. ex maleficijs, & §. in duplum, instit. de actio. vbi Ias.Aret. & Balduinus multa, & quidem vtilia, proponunt & an in ipsis licita sit correctio, Paulus Iurisconsultus in d.l.eum qui affert responsionem, vt ijs pareatur, qui inficiationem suā vsque ad litem cōtestatam exclusiuè reuocauerint, aut qui sua inficiatione actorem onere probādi, sumptibusve quod inficiatum est nō onerauerint, vt eis scilicet deferatur iuramētum, d.l.electio.§.neque.ff.de noxa.act.& refert ibi Pędium respondisse, eum qui iurauit ex ea actione, quæ inficiendo crescit, aliquid sibi deberi simpli,non dupli acquirere sibi persecutionē, abundè enim sufficere exonerare petitorem probandi necessitate, & Iustinianus nouella sua constit.18.liberat reum à pœna dupli, si delato ei iureiurando vltrò bonam fidem agnoscat, & debitum confiteatur.

Et in legato facto Sacrosanctis Ecclesijs, vel alijs vener. locis pœnæ dupli locus est, ex eo solùm quòd hæres legatum soluere distulerit, vsquequo pro eo in iudicio conueniatur; quia talis pœna non propter inficiationem, sed propter procrastinationem ei infligitur propter quam solam, & extraiudicialem interpellationē hæredem in mora constituere voluit, Ang. in d.§.ex maleficijs, n.23.

839 in quibus tamen † Minor annis 25. semper excipitur, qui pœnam ipsam euitat. l. si ex causa.§.nunc videndum, vbi Bart.ff.de minor. & dicunt suprascripti alij iuris vertices in eodem §. ex maleficijs, etenim recusantes, seu differentes soluere huiusmodi legata Deum exacerbant, cap.qui oblationes 2.13 q.2.

Quomodo autem & quando, qui primo negauit, mox pœnitentia

ſentia ductus, reuocat negationem, & confitetur beneficium confeſſionis, quod negando amiſerat conſequatur videnda ſunt præter ſupra quæ cumulatè adducit Gomez. in d.§.ex maleficijs n. 40. & ſeq. Marſil.in Rubr.ff.de fideiuſſ.q.46.limit.3. Tiraq.in tract. de vtroque retract.tit.2.§.1.gloſſ.5.verſ.15. & in d.l.Boues.§.hoc ſermone in princ. verſ.55.ff.de verb. ſign.

Et vnde diſceſsimus redeundo; dum diximus † poſitione negata, quem niti non poſſe. Bart.in d.l.poſt legatum, col.4. verſ. quæro aduerſarius, & in l. naturaliter.§.nihil commune, col.4.verſ.videndum eſt ergo. ff. de acquir. poſſ. & in l.non vtique.ff. de except. Feli. in c. capitulum, col.10.in fi.de reſcrip. Archid.in c.1.col.2.in princ.de confeſsis in 6. Guido Papæ, qui cõem hanc dicit, q.182. ſi poſtq̃ à parte iam acceptata eſt, eam reuocare vellet, quod minimè valeat intelligitur, † vt nihilominus in probationibus ſuper eis factis per partẽ aduerſam ſe fundare queat, ut in d.l. poſt legatum, colum.fin.verſ. quæro ego negaui, idem Bart.dicit Ang.conſ.155. col.2. Francus in d.c.1. de confeſſ. Aret. in d. §. ſi quis ſimpliciter, col.fin.Alex.conſ.183.col.1.in fin. vol.5.Pan.in cap. venerabilis, col.9.verſ.& ex hoc, de except. Marſ. qua ſuperius alleg. Rubr. de fideiuſſ.col.78. Felin.in d.c.capitulum, Imol.conſ.78. num. 3. 840 841

Benè verum eſt, ut ibidem ipſe aſſerit † quòd negans poſitiones continentes factum ipſius negantis proprium, vel alterius, quod verum eſſe ſcit, & de mendacio conuincitur, falſum committit, & tanq̃ doloſus, mendax, & decipiens in dolo manifeſto dicitur, refert Plot.de in lit.iur.§.37. num.12. vbi exclamat cõtra proteruos Aduocatos, & Procuratores, qui inſtruũt clientes ad facilè negandum poſitiones, etiã ueras aſſerentes, quod ſi eas fateantur, à cauſa cadent, nec eis dicunt ſi deierabunt, eorum animæ, atque ipſorum conſulentium detrimentum patiẽtur, † Et qui nihilominus ad omnia damna, & intereſſe partis iuramento in litem, damnum paſſo liquidando tenentur, Anchar.conſ.316. in cauſa. Ioan. de Deo. in tract.de cauill.lib.5.c.16. num.6. † Et probata poſtmodum per teſtes debiti ſubſtantia, nempè numeratione, de qua in eis ſuper quantitate iuſiurandum ponenti ipſi deſertur. Crauet. in tracta. de antiquit. temp. parte, nu.269. Secundum tamen propoſita, & allegata ibi per eum. Dec.conſ.146.col.5. & pro tenui in fi. verſ. ex eo 842 843 844

V 2 quod

quod, Cæpol. caut. 210. ratio est in promptu; quia ex mendacio, (vt dictũ est) dolus arguitur. l. si quis affirmauerit. §. 1. l. quod uenditor. §. 1. & l. eleganter. §. idem Pomponius. ff. de dolo. l. falsus. § si
845 quis. ff. de furt. † & contra dolosum in litem iuramẽtum datur, ut ibidem dicit Crot. qui & in hoc utile reputat in positionib. deduci suas probationes; quia in casu iniustæ negationis, actori post mo-
846 dum iuramentum, seu in litem, seu suppletorium defertur, † quod neganti ipsi denegatur, vt eodem tract. num. 6.

Quod autem in actorem transferatur possessio, si actor poterit
847 aduersarium cõuincere de mendacio intelligitur, † si plenè cõuice-
848 rit; non autem si semiplenè, quia cum simus † in pœnalibus plena facienda est probatio, ut pœnæ ipsi locus sit; & quæ minimè iuramento ipsius actoris suppléda uenit, vt ibidem dicit Plotus d. §. 37. nu. 16. Ponderando ẽt uerba illa, ita ut si poterit aduersarius con-
849 uincere aduersarium rem posside re, † quæ cum restringant, & determinent præcedentia, d. l. Lutius. §. qui habebat, & l. Libertas. ff. de manumiss. testamento ęquipollent verbis illis, ita tamen l. si pecunia in princ. in gloss. penult. ff. de cond. caus. dat ut sicuti in pręcedentibus solam negationem rei cõuenti ad excludendum actorem ab ulteriori molestia super re negata sufficere vult; ita probando rem negatam à reo possidere restringit præcedentem ipsam dispositionem, vt uelit ipsam possessionẽ priuari, si plenè conuictus fuerit & non aliter, qui propterea ad hunc effectum plenariè conuin-
850 cendus est, accedente maximè dictione illa, † Si quæ cum cõditionem importet. Bar. in l. 1. ff de cond. & demõst. & inducat formam, facit vt à contrario sensu ualeat argumentũ pernotata in l. 1. §. huius rei de officio eius cui mand. est iur. plenariam probationem, ad huiusmodi possessionis translationem requirit.

Sed iuxta prædicta de plurib. pro explanatione præsentis materiæ disceptare contingit, primo an si quis partem rei dumtaxat prætendens interrogauerit super toto, & reus ratione partis falsæ totum negauerit, an totum ipsum in actorem transferatur, si reus super partem dumtaxat de mendacio conuictus fuerit; secundò an interrogatus de ducentum, de cẽtum sexaginta responderit, an pro super pluri illo usque ad ducentum, fiat hæc translatio, si mendax reus depræhendatur.

Circa

Circa primum eo uidebatur dicendum pro toto fieri hanc translationem, quia cum hæc † lex generaliter loquatur, generaliter est intelligẽda.l.de pretio.ff.de public. Etenim cum in odium improbè negantis, hæc fiat translatio negãdo totum ratione partis, translatio ad totum trahitur, totumq. amittit; ex quo circa totum mendax deprahenditur. 851

Cæterùm contrarium est verius, & veritas ipsa ex hoc eodem respõsio nostro elicitur: Siquidem quod actor rei negatæ in odium ipsius negantis absque alia Dominij probatione transferat ad se possessionem, est in eius subleuationem, ne quod aliàs ei probare incumbebat facta negatione per reum teneatur ibi, licèt suam non approbauerit. Igitur facta negatione prædicta talis releuatio, non nisi pro ea parte quæ sua est, cuiusq. sua interest releuari translatio ista huiusce legis remedio fieri debet, ponderando † pronomen illud suum quod cum dominium significet, & suum dicatur, quod iure ab eo vendicari potest.d.l.Lucius.§.cum aurum intelligendo, siue directo sit dominus.l.in rem.ff.hoc eod.tit.nostro, siue utile dominium habeat, vel quasi vt inferius enucleabitur.l.1.§.qui in perpetuum.ff. si eger. vect. vel emphit.pet. vel ius seruitutis habeat.§. æque inst. de act. vel ratione pignoris, aut hyppotecæ, ut itidem inferius dicemus, & tractatur in §. item serui an. eod. tit. de action. de eo dumtaxat intelligitur, quod iure vendicare, & quod consequi posset, quando reus non negauisset, sed confessus fuisset, alioquin lex quæ fraudibus modis omnibus occurrere studet, fraudem respectu ipsius actoris admitteret, quod dicendum non est; ad regulam legis de pretio respondetur legem generaliter loquentem, generaliter esse intelligendam, sed generale ẽt dictum restringi, ac coarctari per rationem in eadem lege expressam subsequentem, vel tacitè inhærentem. Bal.in l.si quis seruo, C. de furt. Vnde cum post generale dictum Iurisconsultus hic subijciat verba illa licèt suam non adprobauerit dispositionem ipsam ad eam partem, quæ sua est, quamq. iure vendicare potest; restringit ponderãdo etiam verbum ipsum, † licèt quod cum pro coniunctione aduersatiua hic stet.l.fin.ff.de eo, per quem factum erit; supponit regulariter agentem rei vindicatione dominium probare teneri. 852 853 854

Damnat quidem lex iniustam negationem, & in odium ipsius negan-

negantis rei negatæ possessionem de reo in actorem transfert, sed non ita damnat, vt cum aliena iactura locupletari eum velit, cap. locupletari, de reg. iur. in 6. & dici potest actori illud, Tolle quod tuum est, & vade.

Circa quod de pluribus dubitari cōtingit; Primò circa secundum illud axioma; Num si interrogatus an possideat cētum iugera terrarum, responderit se possidere sexaginta; an pro illo superpluri à sexaginta vsque ad centum translatio hæc fiat; tāquàm pro illo superpluri sua non intersit, ex quo se possidere negauit; quęstionem ponit Rim. iun. in cons. 471. cum Magnificus, vbi concludit quod cum reus conuentus negauerit minus se possidere, q̃ requisitus fuerit, actor petere potest mitti in possessionem residui ab illo superpluri, tamq̃ rei vacantis, reseruato iure cuiuslibet tertij, secundum antedictam Angeli praxim, qui asserit huic licentiæ reum contradicere non posse, tamq̃ sua non intersit, ex quo residuum illud possidere negauit, quæ praxis desumitur, ut dictū est, ex l. qui seruum. §. in iure. ff. eodem tit. de interrog. act. & ex l. Fulcinius. §. Celsus. ff. quibus ex causis in possessionem eatur. Cepoll. caut. 161. Ias. in d. §. omnium, num. 91. quod mihi haud placet; Siquidem attenta praxi Angeli, quæ vult vt statim secuta negatione Actor in rei negatæ possessionem mittatur, in casu nostro non procederet, quia ex eo solùm, quod quis negat de illo superpluri non constat,
855 sed facienda est mensuratio à qua ipsa quantitas pendet, † faciliùs enim circa quantitatem, q̃ circa rei ipsius substantiam quis decipi potest; Vnde praxis Angeli prædictæ in hoc casu non procedit, & consulunt nonnulli, vt interrogatus super quantitate ad euitandum hanc difficultatem verbum in circa suæ declarationi adijciat, per quod errorem saluabit, melius dixissent circiter, q̃ circa cū secun-
856 dum regulam recti sermonis, & linguæ latinæ cādorem, vox † circiter ad numerum, & mēsuram referatur: Et dictio circa ad locum applicetur: vt inquit Isidorus ethymolog. lib. cap. vt annorum 20. circiter, & iugerum centum circiter dicimus, & circa Ecclesiam, & circa ripam licet, & aliquando circum pro circa ponatur, ut apud Virg. Æneid. lib. 6.

Centum errant annos volitantq́, hac littora circum. & in secūdo.
Anna vides toto properare littore circum.

Licet

Licet & ad tempus verbum circiter Priscianus referri uelit, ut circiter calendas, sed valla ad numerum illud frequentiùs aptari asserit elegantiarum lib.1.cap.vlt. 75. distinct. Verum nec in hoc tuta videtur ipsorum Doct. sententia, cum non desint, qui dictionem hanc circiter, uel circa, & circum, tàm intra, q̃ extra verificari asserant: † vt si dico annorum duodecim circiter designo, plus, mi- 857
nusve annis duodecim, & ut tàm termini exclusionem, q̃ inclusionem significet, Hostien. in Summa de rescript. §. 7. vers. sed quæro, & in §. 2. vers. inuitio de Sacra Vnct. cap. Continetur, ubi Cardinalis, & Archid. de offic. ord. & in l. fin. §. si intra. ff. de calum. Felin. in cap. quo ad consultationem, de re iudic. latè etiam tradit Menoch. de arbitr. iud. quæst. lib. 2. cent. 1. casu 46. circa princ. vbi infert ad multas quæstiones; Verum vtcunque sit, seu inclusiuè, seu exclusiuè † semper ea ad modicam quantitatem reffertur, cap. vlt. de di- 858
spensat. impuberum ubi Hostien. col. ult. & notatur in cap. continebatur, eodem tit. dicit & idem Menoch. ubi sup. d. lib. 2. cent. 1. casu 86. At quomodo hæc dictio circiter, uel circa, & circum uerificetur uidenda sunt, quæ notant Doct. in c. propter, & c. officij, de elect. & per Cardinalem in c. 1. de offic. ordin. in 6. dicit tex. in l. 1. de ripa non munienda; verum totum reffertur arbitrio Iudicis, l. 1. ff. de iure deliberandi, nihilominus Ang. in cons. 127. uisa petitione, restringit has dictiones ad terminum exclusiuum, † ut reus re- 859
spondendo se possidere iugera sexaginta circiter restringat, & limitet ipsam responsionem, ut maiorem quantitatem excludere uoluisse uideatur, Rim. sen. cons. 99. nu. 46. ubi cõcludit quòd † si te- 860
stis interrogatus quotannos natus sit, responderit octuagintaquinque circiter, seu in circa, uerbum illud † circiter non demonstrati- 861
uè, sed limitatiuè ad excludendum maiorem ætatem appositum dicitur; Idem reperio dixisse Alex. cons. 19. num. 5. uol. 7. ubi uult in terminis de teste dictionem in circa diminutionem significare, allegat Guil. de Cuneo in l. & si post res. ff. si quis cautionibus.

Dispositionem huiusce legis extendunt Doctores, † ut uendicet 862
etiam sibi locum in pignore, & hippoteca, quorum actiones licèt 863
propriè in rem non sint, sed in rem scriptæ, Iason in d. §. omnium, num. 6. & 7. tamen uti reales actiones reputãtur, ut Bart. hic quem sequuntur alij asserit.

Rursus

Rursùs & ad hæreditatis petitionem, uel fideicõmissi, seu uni-
864 uersalis, seu particularis pro tenditur; † Vt negans rem esse hæreditariam, uel fideicommissariam, si mendax detegatur, rei ipsius negatæ possessio nihilo secius in actorem transferatur, dicunt Bald. hic Azzo in summ. de pet. hæred. §. 1. Doct. in l. cogi. ff. eod. tit.

865 Extendunt etiam & ad Publicianam, ut in odium negãtis emisse à non domino, uel se dominum negans pœnam huiusce legis incurrat. Ias. in l. qui te, col. 2. ff. si cert. pet.

Dubia ualdè redditur infrascripta conclusio; num scilicet sicuti
866 † negans rem esse feudalem, si de mendacio conuincatur, feudum ipsum ammittat, quod transeat in dominum, alleg. cap. 1. §. Vasallus, & cap. fin. de leg. Conradi in usib. feudor. Ita negans rem esse emphiteoticam, si cõuincatur de mendacio ab emphiteusi ipsa ca-
867 dat, tamq̃ † ualeat argumentũ de feudo ad emphiteusim, & è contrà per latè tradita ab Euer. in sua sesquicẽturia, in loco à feudo ad emphiteusim, & ęquè habere locum in emphiteusi, sicuti in feudo
868 infrascripta suadent, quia † feudum, & emphiteusis in compluribus conueniunt, magnaq. similitudo est inter emphiteutam, & feu-
869 datarium; primò quia † uterque utile dominium habet, & aliquem recognoscunt in directum dominum, in l. 1. iuncta glossa. ff. si ager uectig. uel emphit. pet. l. possessores, in fi. C. de fund. patrim. lib. 11. conueniunt etiam in modo inuestituræ, ut uterq. suscipiat inuestituram à domino, Ias. in l. 2. num. C. de iur. emphit. cum innumeris ab eo allegatis, licèt fortasse in modo renouationis discrepent,
870 † ut uasallus mortuo domino rursus mortuo ipso uasallo eius hęres intra annum, & diem si feudum fuerit priuatum, & intra annum, & mẽsem, si militare, uel regale fuerit inuestituram ipsam à domino suscipere teneatur, alias à feudo cadit, ut est textus expressus in cap. 1. tit. quæ fuer. prima caus. benefic. ammitt. itidem in usibus feudorum, dicit Curt. iun. in tract. de feud. in 4. par. in 23. caus. ammitten. feudum, refert & sequitur Clar. in §. feudum, q. 49. circa princ. licet secus sit; In † emphiteuta qui inuestituram ipsam pete-
871 re nõ tenetur, nisi generatione finita, uel per nouam successionem quando maximè quis inuestitus est per se, & hæredibus suis. Bald. in Auth. si quas ruinas, in 2. colum. C. de Sacrosanct. Eccles. Ias. in præludijs feudorum, seu in l. 3. num. 33. eodem tit. de iur. emphit.

& nisi

& nisi inuestitus fuisset ad renouandum ipsam inuestituram de nouennio in nouennium, vel ad aliud certum tempus, quia quolibet nouennio, vel alio conuento termino teneretur ipsam renouare, in vim pacti prædicti, vt ibidem dicunt Bal. & Ias. qui rationes allegant, & dicit Corbulus in suo tract. de causis ex quib. emphiteuta priuatur, tit. de caus. priu. ob non petit, inuest. num. 37. nisi emphiteusis ipsa in perpetuum concessa fuerit, sed ad renouan. de nouennio in nouennium, vel ad aliud certum tempus; quia † talis reno- 872
uatio non requiritur ad contractus ipsius substantiam, sed ad faciliorem eius probationem, Alciat. cons. 146. num. 1. vol. 1. cons. 116. num. 17. infra, vel 1. refert & sequitur Corbulus quo superius allegato tract. tit. de caus. priuat ob temp. finit. num. 17. opinionem hanc tenent Ang. hic Imol. & Pan. in cap. cæterum, col. fin. de iud. Ita etiam tenet Iacob. de S. Georg. in aurea eius inuestitura, in verbo, Dictiq. vasalli permiserunt non committere felloniam. Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 65. Alber. in d. l. 2. col. 10. C. eod. tit. de iur. emphit. Ias. in d. §. omnium, num. 8. instit. de action. Gabriel. de acquiren. vel ammitten. possess. concl. 5. Rodoan. de reb. Eccles. non alien.

Verùm Bald. in d. §. vasallus, & cum eo ibidem etiam Afflictus expressè tenent contrarium, & cum eis Purpur. in l. 1. col. 9. C. de transact. Ias. quo superius alleg. loco ponit eam sub dubio in d. l. 2. num. 88. cum seq. rationem allegant, vt † pœnæ ad casus non ex- 873
pressos non trahantur. Corbulus qui latè defendit contrarium, sub tit. de caus. priu. ob mendacium, num. 2. cum seqq. non videtur figere pedem, & defendendo Bald. atque eius asseclas, dicit non esse bonam comparationem in casu nostro de emphiteusi ad feudum, quia pœna quæ vasallo neganti rem esse feudalem imponitur, non est ex regula huiusce legis nostræ, minus ve ex praxi d. l. qui seruum, §. in iure, & d. l. fulcinius. §. Celsus. Vndè praxis Angeli, & sequacium desumpta est, sed ex particulari constitutione, d. §. vasallus, quæ cum † pœnalis sit, & odiosa, casum ipsum feudi (vt diximus) 874
non egreditur ad casusq. ibi non expressos non extenditur. §. item mixta cum gloss. Instit. eod. tit. de action. nec est par ratio vnius ad alium, & † odia restringenda, non amplianda sunt, c. odia, de reg. 875
iur. in 6. etenim in d. §. vasallus illud ibi fit, quia vasallus interuer-

X tendo.

876 tendo possessionem, dominũ debito fidelitatis, † quo ei potissimùm est obstrictus, priuare uidetur, non sic in emphiteuta.

Rationi Angeli respondetur in casu nostro, de feudo ad emphiteusim non rectè inferri; quia hic non agitur de ammittenda pos-
877 sessione tantum, † quam negando possessor retinendi uoluntatem non habuit, ut dicit glossa hic in emphiteusi, sed de ammittẽdo iure de quo nullum verbum in hoc respõso, minusve in d.l. qui seruum, §. in iure, & in d.l. fulcinius. §. celsus, habetur quinimò ex mox di-
878 cendis, cum † remedio huiusce legis, non nisi possessio in actorem transferatur, saluo iure dominij, & proprietatis postmodum discutiendi, & actor non dominus, sed possessor nudus efficitur, at si em-
879 phiteuta ob negationem ipsam priuaretur, † actor ipse dominium ipsum nãsciseeretur, opinionem hanc tenet Barbat. in c. penult. de iuramento calumniæ. Papien. in tit. de forma interrogat. fiendæ, Auff. in addit. ad capellam Tolos. decis. 167. & facilè liquet de proprietate ipsius emphiteusis ex ipsius inuestituræ instrumento, de quo statim, & incõtinenti doceri potest; vnde essemus in alia disputatione, an, & quando vnico contextu, quis negat, & incontinenti de iusto eius titulo docet, fiat hæc translatio, quia si fieret ratione prædicta penes ipsum actorem temporis momento staret ipsa pos-
880 sessio, † & quę momento durant, non curãtur à lege, l. fin. & ibidem Bal. C. de bonis, quæ liberis, idem Bal. in l. si Prætor, q. 8. C. de inst. & substit. & habetur in tit. Codicis, si de momentanea possessione fuerit controuer. Siquidem qui negat se esse emphiteutam, se quidem possidere non inficiatur, sed negat ius domini directi, nempè se esse emphiteutam, at conuicto negante de mendacio, nil aliud agendum est, nisi vt negans dominũ ipsum recognoscere teneatur, nihilominus Ias. ibi tenet ità priuari emphiteutã negantem se possidere rem feudalem, ibi & cum eo etiam Euerar. quo superius al-
881 legato loco, † quia in odium negantis inductum est, ut negans à possessione cadat.

Dubium facere uidetur, num & ad negantem nomine proprio, sed dicentem possidere, alieno nomine possidere, cum tamen fuerit requisitus ad declarationẽ an proprio nomine possideat extẽdatur? Ita ut qui simpliciter interrogatus, an teneat, uel possideat, quo casu an proprio nomine possideat, interrogatus censetur, si cõuincatur

tur

tur de mendacio, an patiatur huiusce legis disputationem, tãquàm si simpliciter negauisset, & non extendi suadetur, quia cum decisio ista loquatur de negante se possidere; qui dicit se alieno nomine possidere, non utique negare censetur, † & cui nõ conueniunt uerba legis, nec ipsius legis dispositio conuenire uidetur. l. 4. §. Prætor, vbi Alex. ff. de clam. inf. idem Alex. in l. 1. §. veteres. ff. de acquiren. possess. cum innumeris ab eo alleg. Rursus cum simus † in materia stricta, & pœnali, stricta etiam facienda est interpretatio, ut de casu ad casum nõ extendatur. l. quicquid astringeñ. ff. de uerb. oblig. & suadent uerba, Textus qui punit simpliciter negãtem, & conuictum de facto negato, at qui dicit se alieno nomine possidere, non vtique negare uidetur, sed dicit se proprio nomine non possidere; vndè ad factum simpliciter negatum extendi nõ debet; verum & ad casum hunc dispositionem hanc Bald. extẽdit, & cum eo Rom. d. cons. 70. Surd. alleg. cons. 214. Becc. d. cons. 64. cum innumeris ab eo alleg. Si quidem iã diximus † idem iudicari de affirmatiua habẽte implicitam negatiuã, sicuti de simplici ipsa negatiua, etenim cum interrogatus simpliciter an teneat, & possideat, respondendo se possidere alieno nomine tacitè enunciat se proprio nomine eo possidere, satis negat se possidere, & pœnam huiusce legis incurrit, & vt refert, † quid ex æquipollentibus fiat iuribus superiùs allegatis, & æquipollentium eadem est disciplina. l. si mater, ubi glossa, & Bart. C. de instit. & substit.

882
883
884
885

At ego pro clariori ipsius veritatis elucidatione distinguo plures casus; & Primò, quod aut qui interrogatur, num possideat, respondit se alieno nomine possidere, cum tamen proprio nomine possideat iusta deceptione motus credens re uera alieno nomine possidere, aut dolosè ità respondit sciens re uera se proprio noĩe possidere, Primo casu excusatur ab hac pœna, † quæ nõ incurritur 886
nisi dolosè id actum fuerit, d. l. electio. §. neque, † Et nil magis à dolo abest q̃ ignorãtia. d. l. plagi. ff. ad l. flauiam, de plagi, & l. Senatus, 887
C. de his quæ sibi in test. adscrib. † Et ignorantia præsumitur, vt superiùs dictum est; Secũdo casu vtique ità respondens huiusce legis 888
pœnã incurrit, Specul. in d. tit. de 1. & 2. decreto. §. restat, vers. quid si nominãs, & in tit. de locato. vers. 65. § nũc aliqua. Bal. & Angel. in hac l. nostra, & idem Bal. in l. 2. C. vbi in rem actio, nisi cõfessio-

nem ipsam illico vtsup. reuocauerit, quod facere pôt (ut dictũ est) vsque ad litis contestationem, & vsquequo actor onere probandi, quod proprio nomine is possideat, grauatus nõ fuerit: Siquidem
889 † in preparatorijs iudiciorum illucusq. pœnitentiæ locus est.Bald. in d.l.de ætate.§.fin.Becc.d.cons.64.num.9.cum seq.ubi plus dicit quod & post litem cõtestatam reuocare potest ipsam negationem, vsquequo de mẽdacio cõuincatur.l.cum qui.ff.de iureiur. ita etiam reperio consuluisse Surd.d.cons.214.num.2. qui & allegat Afflict. decis.18.num. Cantard.in l.vnica.q.4. num.2. C.si de moment. possess.fuer.appellat.Cucch.in tract.de mẽtiẽte,circa possess.n.144. Gabriel.in tit. de acquir. vel ammitt. possess. concl. 5. etiam si qui
890 alieno noĩe possidere dixisset, † iureiurãdo id affirmauerit, etenim
891 licet † iusiurandum actum aliàs pœnitẽtia reuocabilem, irreuocabilem faciat.Ang.Castr.Fulgos.& Alex.in l.si cõuenerit,vbi etiam
892 Dec.ff.de iur.omnium iud. † tamen reuocando reus quod mẽdaci-
893 ter dixerat, mendacium non dicit, sed à mendacio recedit, † & reuocando quod falso per iuramentum asseruerat, nõ falsum dicere, sed à mendacio ipso, & periurio recedere dicitur, Natt. cons. 381. ad fin.& Surd.ac Becc. quibus superiùs alleg.cons. Vnde stat firma regula vt dispositio huiusce legis in dicente se alieno nomine possidere, cũ tamen proprio nomine possideat æquè locum sibi ven-
894 dicet, Quia † negatum dicitur qđ per affirmatiuam habentem implicitam negatiuam, affirmatum ostenditur, sicut ẽ diuerso affirmatum quod per negatiuam habentem implicitam affirmatiuam negatum est, vt si dixero simpliciter me possidere, cum tamen alieno
895 nomine possideam, † quia licet negatiua verbis affirmatiuis pona-
896 tur, rursus & affirmatiua verbis negatiuis, tamen † effectus, & non verba considerantur.l.inter stipulantem, in princ. vbi Ias. 3. notabili, post Alex.ff.de verb.oblig. Dec.in d.c.quoniam contra,col.9.
897 vers.in gloss. 1. † & illa dicitur affirmatiua, licet verbis negatiuis concepta quæ ponit, & illa negatiua, licet probatione affirmatiua, quæ priuat, peregregiè considerata à Neuiz. d. cons.31.num.16. Punctus stat quomodo cõuincatur quem proprio nomine possidere, qui alieno possidere asseruerit, stãte quod † in dubio, ꝙ verum
898 dixerit præsumitur, vel ipsum opinio fefellerit,& Doctores in hoc dant multos modos istud probandi, & primò, quòd qui vult conuincere

uincere aduersarium probet quod taliter asserens fructus, seu pensiones rei, q̃ alieno nomine possidere dixerit suo nomine perceperit, † ex fructuum enim, seu pensionis perceptione percipiẽtis pos- 899
sessio probatur. l. qui vniuersas. §. quod per Colonum. ff. de acquir. possess. L. Pomponius. ff. quibus caus. vsusfruct. ammitt. l. Titia. ff. de solutionib. Barb. cons. 11. illud afferrã in medium. Tiraq. de vtroq; retract. tit. 2. §. quanto, gloss. 4. num. 18. & si essemus in iurisdictionalib. si probabitur qđ taliter possidens pœnas & mulctas suo noĩe exegerit, † quæ fructus iurisdictionales sunt, Bart. in l. vlt. ff. solut. 900
matrim. nam si simpliciter probaretur mulctas ipsas ac pœnas percepisse, non censeretur concludenter probata possessio proprio nomine cũ fieri possit, vt & ipsas alieno nomine exegerit, seu vti procurator, & exactor, seu vti maritus ex re dotali, † cuius dicitur dñs, 901
& qui ad maritum spectant. l dote ancillam. C. eod. tit. nostro, † Si 902
marito in dotem datum fuerit Castrum, vel Regnũ, vel huiusmodi, Neuiz. cons. 40. exorditur sæpè; nam tali casu proprietario ob talem cõfessionem præiudicare non potest; Vel etiam villa in qua esset Ecclesia iuris patronatus ipsius vxoris ad quam † ius pñtandi 903
spectaret, quia & ius pñtandi ad ipsum virum spectaret. Lambert. de iurepatr. art. 3. 6. quæst. princ. 3. par. 2. lib. † Etenim cum vxor 904
subiecta esse debeat viro suo vti capiti, c. cum caput. & c. de eo 33. q. 5. sine uiro saltẽ actum præsentationis ipsius explicare nõ posset. Rursus cum † Thesaurus in suo, vel in religioso loco inuetus ipsius 905
inuentoris efficiatur. l. si is qui. §. 1. à cõtrario sensu. ff. de acq. re. domi. l. 1. C. de Thesauris, lib. 10. sicuti & in loco publico Principis, & inuentorum, c. 1. in fi. quæ sint regalia, in vsib. feud. Modo non præstigijs falsis, ac incantationibus, vti ibidem, & in §. Thesauros, instit. tit. de rei diu. † si maritus in fundo dotali illũ inueniat suum 906
facit. l. si seruus dotalis. ff. sol. matr. quicquid contrarium dicatur in gloss. d. l. 1. C. de Thes. per. l. Diuortio. §. si fundum. ff. eodem tit. sol. matrim. etenim soluit, gloss. ibi vt teneatur maritus, & illũ cũ fundo restituere soluto matrimonio, vt & Aretinus in d. §. Thesauros, sub num. 2. asserit, vel dici potest secundum text. ut pars eius dimidia restituatur, quasi in alieno inuento, † Thesaurus autem dicitur 907
quædam vetus depositio pecuniæ ab ignoto domino. l. Nunquàm, §. 1. ff. de acquir. rer. don. & d. l. 1. C. de Thesaur. Vnde si sciatur à

quo

quo nam condita fuerit, Thesaurus nô dicitur, sed venit restituenda possessio domino, vel eius hæredibus.l.item Labeo.ff.fam.ercisc. & l. Thesaurus.ff.ad exhib. tanquam ei verba ipsius definitionis non conueniant.

Verum in dubio, vt nomine proprio perceperit fortasse præsumi potest, Spec.in tit. de empt.& vend.§.1.alio modo probari potest, quod proprio nomine possideat nempè probando, quod alteri rem ipsam locauerit, vel in emphiteusim, aut alio modo suo nomine concesserit, Bart.in l.rem legatã.C.de adim.legat.Bald.in l.probationem.C.locat.l.quamuis.§.si côductor.ff.de acquir.possess. vel si probetur proprio nomine in ipsa re proclamata edidisse cap.dilectus, de capel.Monac.Bald.in l.2.C.de seruit.& acquir. Dec. consil.694. pro ressolutione, & ne exeam materiam feudi, si probetur eum qui negauit proprio nomine possidere, delinquentes illius lo-
908 ci pro delictis † coercuisse, & pœnas eis inflictas vti dominum exigisse, vel remisisse, quæ actus iurisdictionales sunt, & possessorios merum, & mixtũ imperium in eo demonstrantes, per not.in l.Imperium.ff.de iurisd. omn. iud. & alijs modis quos ne longior sim, consultò ommitto.

Quid autem ex diuerso, si qui alieno nomine possidet, interrogatus responderit simpliciter, uel proprio nomine possidere, num conuictus patiatur hanc pœnam, pendet hoc ab his quæ inferius dicemus, quando de eo qui se liti obtulit, pertractabimus.

Ego autem ad tollendum omnem difficultatem in praxi seruari
909 consulo, ut in remedio huiusce legis actor † formet præparatorij clarum, & distinctum, & interroget reum conuentum, seu contra quem experiri intendit, anteneat, & possideat rem super qua agere vult, & an in totum, vel in partem, & pro quota, & quanta parte, & an pro diuiso, vel indiuiso, & quo cum, & quo iure, & titulo, exprimendo titulum à quo, vel à quibus illum habuerit, & an dolo desierit possidere, & an proprio, vel alieno nomine, & cuius, vel quorum nomine, & id quidem iurisiurandi religione, implorando etiam officium Iudicis, & quam praxim sic distinctam, ponit Sim. de Pret. conciuis meus consulens Aduocatis, & Causidicis volentibus cautè agere in hoc remedio, ut ita seruent in suo pulchro tractatu de interpræt.vlt.volunt.lib.5. interpræt. 2. dub.2. num. 261.

quam

quam desumpsisse asserit à Gloss. in l. qui interrogatus. ff. de petit. hæred. & in l. 1. ff. de interrogat. action. & in l. cogi. C. eodem tit. de petit. hæredit. & à Spec. in tit. de interrogatorijs, in princ. & à practica Papien. in forma interrog. fac. re. con. circa princ. & à Maranta in suo Spec. in 6. par. memb. 7. nu. 1. & seq. & quæ adamussim ponitur per Menoch. in tract. de arbitr. iud. quæst. lib. 2. centur. 1. cas. 1. & per Achillem personalem in tract. de pet. hæred. num. 6. 39. cum seq. cum alijs ab eis allegatis, quos longa serie congerere possem, nisi breuitati studerem.

Ardua modo se se offert disputatio longè, lateq. in parlamento Delphinatus disputata, & quam ponit Guido Papæ q. 17. & refert d. Simon de Præt. quo superius alleg. loco num scilicet agens rei vindicatione, vel publiciana, vel alia in rem actione, seu in rē scripta, & multa petierit, nec probauerit nisi partem, an negans se possidere, & conuictus de mendacio super parte tantum fuerit an pro parte ipsa probata detur ei huiusce legis remedium contra ipsum negantē, & non dari suadere videtur tex. in l. vnica. C. de plus pet. vbi † plus debito petens nedum nō consequitur illud quod probat, 910
verum si dolo fecerit quod probat ammittit, & multo magis huiusce legis beneficium non nanciscitur, quod in doli, & malitię castigationem, ac pœnam introductum fuerit ipsi malitiæ, ac dolo patrocinarē, † & dolus, ac malitia doloso, ac malitioso patrocinari non debent. l. verum. §. hoc quoque. ff. pro socio, cum similibus. 911

At contrarium decidit parlamentū, ibi licet diu in ancipiti fuerit fretū, doctr. Bart. in l. si cōstante. §. si mulier. ff. soluto matrimonio, & Fabri. in §. quoties, instit. tit. de inut. stip. Cyn. in l. 1. C. de lite contest. & in d. l. vnica. C. de plus petit. vbi & Paul. de Castro idem tenere uidetur, licet sub verborum inuolucro. Bald. in d. l. 1. C. de litis contest. in verbo septimo quæro, & in d. l. vnica in prima opposit. vers. ex ista, & ita ēt comperio decisum per d. Sim. de Præt. quem semper ob admirabilem ac penè diuinam iuris ciuilis scientiam vti patrem colendissimum colui, atque obseruare, & quem dum in patria aduocarem semper comitabar, & quo cum semper familiarissimè vixi, qui opinionē hanc latè defendens asserit † pro 912
parte probata sententiam per Actore quidem esse ferendam, nihil dicendo de alia parte non probata, tanquàm in ea reo non possidente

dente iuditium non valeat. Ego addo condemnandũ actorem ipsum nihilominus in expensis ex forma d.decis.17.Guid.Papę constito tamen quòd actor nõ sit in dolo petendi plus debito, quia tunc locus esset pœnæ d.l.vnicæ, C.de plus petit, verum fortasse quæstio posita ab ipsis nõ erit in casu nostro, sed in terminis an ratione partis falsæ, à toto reus absolui debeat, vel condemnari ad dimittendum eam partem, q̃ possidere non fuerit inficiatus, sed an absolutus à petitione totius, & à qualibet eius parte petita absolutus intelligatur, ita ut volens postmodum partem petere exceptio rei iudicatæ super toto ei obstet; clarè hoc deciditur in tex. in l.si quis.ff. de exc. rei iud. & Ioannes de Stynna in suo Spec. abbreuiato, ponit quæstionem, & resoluit.

Hactenus deneganie se possidere dictum est, reliquum est, ut deinceps prosequendo materiam nostram de eo qui iustè quidem negauit possidere, sed possidere desijt videamus, & an cõtra ipsum remedium huiusce legis detur, & non dari suadent verba textus, quia cum iniustam damnet negationem, iniustè negare nõ dicitur, qui quod re vera non possidet, se possidere inficiatur. Etenim iam diximus verba illa, ita vt restrictiuè, ac determinatiuè stare ad pręcedentia, vt determinent ita demum translationem hanc fieri, si actor probare poterit reũ conuẽtum possidere, quod falso inficiatum est; At si re uera non possidet, frustra quęritur, num pœnæ hu-
913 iusce legis contra eum sit locus, † & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, l.illam. C. de collat. Bald. cons.340. vol.3. † valet
914 nanque argumentum à ratione legis stricta, seu limitata, ad restrictionem ipsius legis. Euerar. in sua sesquicent. in loco à rõne legis stricta, seu limitata; Igitur cũ verba legis restringant hanc pœnam ad casum iniustæ negationis, sequitur vt negans se possidere, quod re vera non possideat, licet possiderit, sed desierit possidere dispo-
915 sitione huiusce legis nõ subijciatur, † Eo maximè quia cum in realibus ratione rei, q̃ possidet in detentorem hoc detur remedium si
916 quidem † illud sequitur rem quocumque vadit, etiam si per mille
917 manus iret.l. in rem.ff. hoc eod. tit. nostro, † Et actio in rem est rei ipsius persecutoria, Ias.in d. §.omnium, circa princ. quæ cũ sequatur rem, & personam ratione rei, si reus non possidet, in eum actio dari non potest, cum postmodum contra ipsum executio fieri non

valeret,

valeret, † & extinctæ res vendicari non valeant. §. si tamen alienam. Instit. tit. de rer. diuis. 918

Verùm contrarium dicendum est (constituendo tamen infrascriptos casus; Vt; Aut volumus agere contra eum qui possidebat quidem ante interrogationem, sed interrogationis tempore possidere desijt; aut qui possidebat tempore etiam interrogationis, sed statim desijt possidere, aut possidebat tempore citationis, & interrogationis, & vsque ad litem contestatam, sed post litem ipsam contestatam possidere desijt.

Primò casu aut possidere desiens non sciebat rem esse actoris, aut sciebat puta ex vociferatione ipsius agentis, qui vociferabat se litem contra eum super ea re moturum; aut extraiudiciali denunciatione, & nihilominus illam alienauit; si nesciebat ex quo in dolo, vel lata culpa non fuit, sed bona fide alienauit, vtique contra ipsum actio prædicta non datur; tanquàm † bona fides, vt quis 919
iniustè vexetur non patiatur, l. eum qui timere. ff. de iudic. Sin autem sciebat ex vociferatione, vel ex denunciatione prædicta, & tunc si dolus, & lata culpa aberat, vt quia uociferationi ipsi, vanæq. voci non credidit, † neque enim credere tenetur. l. sicut, vbi 920
Bald. C. de fid. instr. gloss in d. c. Cupientes, post princ. Itidem actio prædicta in eum non datur rationem, allegat Bald. in d. l. 1. circa finem. C. de alienat. iudic. mut. caus. fact. † Quia in realibus iudicijs, nec leuis, nec leuissima culpa venit: Taliaq. iudicia contra aliquem, tamq̃ contra obligatum non proponuntur, d. §. omnium. Vndè cum ibi obligatio non sit iure obligationis culpa purgari non valet, cum rei possessor non sit, sed agendum est contra rem, & ratione rei contra personam rei detentricem; licèt & qui rem possidebat eam distraxerit, & est eadem ratio, quàm superius pro ratione dubitandi allegabamus, præterquàm in casu. l. siue me deieceris. ff. de vi, & vi arma; in quo etiam quod dolo possidere non desijsset, tenetur, vt dicit Ias. in d. §. omnium, num. 80. & gloss. in d. l. si vi me deieceris, quæ ratio allegatur, & desumitur ēt ex tex. ibi. 921

Aut dolo possidere desijt, & tunc cū dolo desiens possidere pro possessore habeatur. Regula Pro possessore, de reg. iur. in 6. contra eum saltèm † vtilis rei vēdicatio datur. l. electio. §. vltimo. ff. de noxal. & quæ ibi notantur gloss. in l. Fulcinus. §. quid sit latitare, in 922

Y verbo

verbo animo.ff.ex quib.caus. in poss. eat. Din.in regula pro posses-
sore in 6. Spec. in d.tit.de empt. & vendit.§.nunc dicendum, vers.
923 sed numquid; Idem si lata culpa, † quæ dolo ipsi æquiparatur. Bal.
in l.pignus, col. 11. de pignor. actio. Alex.in l. quod Nerua, col.3.
924 ff.de posit. † & de qua sicut de dolo iudicatur, Bald. in c.2. de con-
stit.in 6.& in l.institutionib.ff.de in lit.iur. Alex.in l.1.ff. si quis te-
925 stam.liber. esse iuss. fuerit † intelligendo tamen de lata culpa, ma-
xima vt declarant Bart. in d.l.pignus, & Alex. in d.l.quod Nerua,
quæ dolus præsumptus dicitur, Bart.in ead.l.quod Nerua. Alex.in
l.2.ff.quod quisque iuris, Bald.in l.qui fortuitis in 3.col. per d. l. &
926 Nerua.ff.de posit. non autem de illa lata culpa, † quæ est deuiatio
à prudentia naturaliter insita, vt est non cogitare de casibus natu-
927 raliter contingentibus, vt † nauigare sine magistro, vel tpe immi-
928 nentis tempestatis, † aut tempore hyemis, quando clauduntur ma-
ria, vt inquit idem Bald.in d.l.vnica.C.de alienat.iudicij mutandi
causa fact.& est notabilis tex. in l. qui prætorio. §.1. ff. hoc eodem
tit.nostro, & dicit Faber in d.§. omnium, num. inciuilem auda-
ciam, & præcipitem auaritiam appellat Imperator, in l.cum pro-
929 ponas.C.de nau.fœn. Etenim imprudentia, & stoliditas à iure non
930 puniuntur, sed satis est, † sua vesania, & stoliditate puniri.

Quomodo autem dignoscatur, an dolo, vel lata culpa quis pos-
931 sidere desierit, † ex quo hæc non præsumitur ex pdictis.l.quoties.
§.qui dolo.ff.de prob. Bern.in c. Aduersario, de except. Atqui ad
coniecturas recurrendum est, & coniecturas ipsas enunciat glossa
in d.§.quid sit latitare in d.verbo animo, & in proposito nostro ex
aliquo dicto, vel facto ipsius possidere desientis, id arguitur nem-
pè si ego dixissem quòd eram daturus contra eum libellum super
ipsa re, & iura ostendissem.l.quædam.§. nihil interest. ff. de eden-
do, & l. si fundum. C. hoc eodem tit. nostro, & nihilominus ipse
932 vendidisset. † Etenim in dubio dolus, vel lata culpa non præsu-
933 mitur.l.num prius.C.quando fisc. vel priuat, & nisi forsan † in po-
tentiorem facta esset alienatio per viam contractus, quæ dolosè,&
mutandi iudicij causa facta censetur, pernotata in l.1. C. ne liceat
934 potentioribus, † in quem ita prohibita est alienatio, sicuti quando
935 dolosè in quemuis alium fit,& ita prohibita,† ut lex nec etiam po-
936 tentiorum patrocinio vti velit, d.l.1. vbi glossa † parificat aliena-
tionem

tionem factam in potentiorem per diem contractus, & iudicij mutandi causa factam, † Potentiorq. dicitur, qui minaci timore metum litigatori incutere ualet: Et potentiores non opibus, sed officij auctoritate, ac magistratu metiuntur, extendunt & Doctores ad alias personas priuilegiatas; & quæ facilis conuentionis non sunt, Spec. in tit. de locato. §. Nunc aliqua, num. 140. vnde Alciat. extendit etiam ad Equitem Hierosolymitanũ cons. 29. Placet. n. 7. & ad Ciuitatem, Anch. cons. vlt. & gloss. in c. Potuit, in verbo Prohiberetur, de loc. Potentiores etiam reputant quascunque alias personas ratione consanguineorum potentiorum usque ad secundum gradum, ut refert Afflict. de iure prothom. §. prohibemus. col. 1. & 2. Licet nostris hisce calamitosis temporibus, apud proteruos iudices potentior is censeatur, qui plus opibus potest, & qui valet munijs, & largitionibus iudicib. qui eis maximoperè inhiãt ad instar luporum satisfacere; Eorumq. prauę uoluntati obtemperare, & iudicem corrumpere, quique maximè timendus est, quod & præcauens Imperator in Auth. Vt omnes obediant iudicibus Prouinciarum. §. si verò ille, expresse mandat prouinciarum iudicibus, ut prouideant, † ne potentia diuitiarum ipsi iustitiæ præualeat, & in §. nec latet, eod. tit. de iudicibus ipsis conqueritur, quod potentioribus magis, quàm iustiora volentibus eorũ officium impartiantur, vt & ibidem in gloss. sed de his hactenus, Pace. bonorum id dictum semper intelligo, & de illis duntaxat dictum sit de quibus dicitur Principes eius in muneribus iudicabant, quia & si liceat Aduocato uẽdere iustum patrocinium, & Consultori iustum consilium, tamen Iudici iustũ iudicium vendere non licet. c. non licet. 11, q. 3. & contra proteruos iudices, dicitur pauper, dum non habẽs quod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. c. Pauper. d. 11. q. 3.

937

938

Secundò casu si possidens tempore citationis, & ante responsionem ad interrogationem post citationem ipsam possidere desierit in dolo, vel saltem lata culpa illa maxima, dicitur Bald. in c. fin. in fin. de iureiur. Felin. in cap. Aduersario tuo, col. 1. de except. Alex. cons. 77. volum. 4. Oldr. cons. 320. ubi concludunt, † quod qui dolo 939
possidere desijt iudicium pro ea re, quam possidere desijt contra se non euitat, quia tempore cœpti iudicij, & ex post pro possessore

habetur idem Alex.conf.10.col.vlt.vol.3.& contra quem propterea tamẽ contra manifestè dolosum hoc iudicium datur, per notata in d. regula pro possessore, maximè per Dyn. & per Didac. in Reg. Possessor num.eod.tit.de reg.iur. in 6. vbi Ioan.de Stynna in suo Spec. abbreuiato, in d.reg.pro Possessore, in princ.

Sed quæ actio in eum detur an directa simpliciter, uel directæ vtiliter Doctores, non facilè enodant, quia qui directam simpliciter non dari asserunt, mouētur quia directa requirit rei ipsius petitæ restitutionem, quam restituendi alienans ipse facultatem non habet: Vnde voluerunt verius dari vtiliter ad id, quod actoris intererat, rem alienatam non fuisse, secundum formam legis, qui restituere.ff.hoc eod.tit.nostro, & dicunt Bart. post gloss.& in l.cu-
940 ratore.ff.de neg.gest.† & contra reum conuentum, seu possidere sic desientem iuramentum in litem, itaut nulla taxatione præmissa quanti ab actore iuretur, tanti à iudice condemnetur, ut d.l.qui restituere, Plot. de in litem iurando. §. 37. n. 6

Tertio casu nulli hæsitationi locus esse uidetur clarè dicit tex. in d.c.Ecclesiæ Sanctæ Mariæ 2. vt lit.pen. & ibidem Doct. & per
941 regulam Philosophicā, † vt si de quo minus inesse uidetur, & inest ergo etiam de quo magis, & de qua habetur in auth.multò magis, C. de Sacrosanct. Eccl. & latè ponit Euerard. in sua Sesquicenturia in loco à minori ad maius. Igitur si in secūdo casu contra possidere desientem datur hæc actio multo magis in hoc tertio casu, in quo dolum non abesse, vel saltem latam culpam maximam esse inficiari non possumus. Equis enim negabit lite iam contestata, distraentem culpa ipsa vacare? & in dolo manifesto non esse, cum negari non posit, huiusmodi alienationem mutandi iudicij causa factam censeri, contra quem proditum est etiam remedium, d.l. vnicæ, vt taliter alienans, & etiam aliquando alienatarius si sciuerit, rem esse litigiosam, pœnis legalibus subijciantur, rationem al-
942 legat Bald. ibi in vlt. colum. † quia per huiusmodi alienationem gratia vtriusque contractus initus uideatur: Ideo illam culpā præscribit, allegat l. si ut certo. §. nunc uidendum, secundum Petrum, & Cynum.ff.commod.

Et differētia est in hoc vltimo casu, vt remedium huiusce legis, seu executio fiat in eum, in quem dolo translata est ipsa possessio,

vt

vt absque alio processu, & sententia de eo in actorem transferatur possessio; perinde ac si penes ipsum alienantem reperiretur, vt dicit Cyn. in eadem l. vnica, per l. certa forma. C. vt in possess. eatur. Bart. in l. creditores q. 4. princ. C. de pignor. & in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. Quicquid contrarium videatur sentire Ias. cum abeo alleg. in §. si quis in fraudem, instit. de action. Bald. in d. l. vnica in 4. opposit. & Innoc. in c. quia 5. de iudicijs: si quidem, & idem Bal. ibi tandem residet in Bart. opin. rationrm allegans, † quia cũ alienãs, & possessor eodem genere actionis teneantur, quia rei vendicatio ex parte agentis est eadem numero, † cum vterq. & possessor, & eius auctor vna persona cẽseantur, & eadem. Vnde vt executiuè contra vtrũque procedi valeat videtur; licèt addat si in isto ꝓcessu citatus fuerit, allegat & paulo superius aliam rõnem, & adauget factum, vt procedat isthæc decisio, etiam si per mille manus, plurium possidentium iuisset ista possessio, † quia rei vendicatio vna numero est, licet accidentalia principia ipsius possessionis plura sint, † quæ non diminuunt subiectũ, dando exemplum, vt licet interdum calidus sim postea frigidus, talis † accidentalis variatio substantiæ varietatem non inducit, allegat & legem in delict. §. si detractu. ff. de noxa. & tex. in §. oĩs, instit. eod. tit. accedit, ut dixi in casu nostro, quia † per alienationem ipsam post litis contestationem factam vitium litigiosi contrahitur, qđ facit, vt tam alienans, q̃ alienatarius vitio ipsi, ac pœnæ ammissionis rei subijciatur. d. l. 1. C. de litig. Intelligendo tamen † vt vitium litigiosi non contrahatur, nisi lis sit super dominio, auth. litigiosa. C. de litigiosis, & iuxta distinct. Spec. in tit. de appellat. §. Nouissimè, vers. vtrum relata ab Innoc. in c. cum M. in vlt. col. vers. & generaliter dicimus de Constitutionibus; faciunt etiam notata à dicto Stynna quo superiùs allato loco.

943
944
945
946
947
948
949

Sed cum actori liberum sit in rei uendicatione agere, seu contra re vera possidentem, seu contra illum qui dolo desijt possidere, ad quid ponere in anfractu hoc, & nõ potius recto tramite agere contra ipsum re uera possidentem? Etenim quæ utilitas esse põt agere contra dolo possidentem, cum tot difficultates immineant, totq́ue dubijs supponatur? Atqui vtilitas est maxima, † quia q agit contra re uera possidentẽ qui bona fide possideat, consequitur quidem 950

rem ipsam cum fructibus.l.fructus, & quæ ibi notantur.ff.hoc eod. tit. nostro. Verum non consequitur nisi interesse commune, vt d.l.
951 fructus, † Et fructus ipsos non nisi à die litis contestatæ, ut dicit Pract. Papien. in forma libelli in actione reali, in verbo Simul, cum fructibus per discursum, cum alleg. ab eo.

952 Sed qui agit contra dolo possidere desientem, & rem ipsam, seu pretium, & damna atque interesse singulare, quanti actori intersit, per iusiurandum in litem absque taxatione aliqua consequitur, secundum d. l. qui restituere, & Papien. quo superius allato loco, atque etiam fructus à die occupationis citra, vt ibidem iuris ciuilis interpretes dicunt, & Stynna quo superiùs citato loco, circa medium.

Quod an indistinctè procedat recurrẽdum est ad celebrem doctrinam Bart. in l.& ex aduerso.ff.hoc eod.tit. nostro, vbi ad quorum fructum restitutionem teneatur, quo iure quaue actione latè discurrit, & an procedat si possessor ab initio quidem bonæ fidei fuerit, ex post tamen malę fidei fuerit, & quid si personarum mutatio interuenerit, egregiè describit ibidem sub num 9.& seq. materiam latè prosequitur Aret.in §.si quis à non domino, sub nu.3. inst.de rer.diuis. vbi faciendo differentiam inter fructus naturales,
953 & industriales, & dicendo † naturales esse in quibus plus natura operatur, quam industria industriales in quibus operatur plus industria, q̃ natura, vt segetes oliuas, & alia huiusmodi.l. si eius.ff.
954 hoc eod.tit.nostro, & inter pendentes; Rursus,† & inter perceptos & consumptos, & nondum consumptos; dat infrascriptam Theoricam, vt qui possidet, aut est bonæ fidei possessor, aut malæ fidei,
955 si bonæ fidei, pendentes quidem non lucretur, quia † cum cẽseantur pars soli, l.fructus naturalis pendentes.ff.hoc eod. tit. nostro, &
956 si cum tit. possideat restituere teneatur, si verò sunt consumpti, † & tunc si ex consumptione fructuum locupletur, ut quia habet eorum pretium in manibus, vel tandem de suo fuisset erogaturus itidem restituere tenetur. l. si me, & Titium. ff. si cert. pet. vbi autem aliquo ex prædictis modis locupletior factus non fuerit, tunc ratione bonę fidei eos restituere haud tenetur; si autem industriales sint, si quidem tit.possidet, dubio procul eos restituere non tenetur, & fuerint à solo separati, cum aũt à solo separati nõ fuerint magna

magna est disputatio si sine titulo possideat, verum gloss. & Doct. in d. §. si quis à non domino, tenet ut sup. in proximo relato casu benè volunt, † vt si non fuerint consumpti officio iudicis & illos 957
restituere teneatur. l. Certum. C. hoc eod. tit. nisi ipsi officio legitimè præscriptum fuerit, gloss. in l. sequitur. §. fructus. ff. de vsuc. sibi & Bart. fin. † At malæ fidei sit possessoré, siue naturales, siue indu- 958
striales, siue perceptos, & non extantes, siue non perceptos, & non extantes suos nõ facere. Bart. in l. ex diuerso in princ. ff. hoc eod. tit. nostro. Declarando tamen vt id sic indistinctè non procedat, si ab initio quidem bonæ fidei fuerat, ex post malam fidem habere cæperit, nam hoc declaratur habere locum iuxta distinctionem eiusdem, Bart. in d. l. ex aduerso, ita tamen vt cum † mala fides sit du- 959
plex vera, scilicet & interpretatiua, si uera superuenerit scientia, quod res esset aliena, tunc ab aliquo tpe in antea fructus suos non faciunt: Vt ibidem si interpretatiua per litis contestationem, tunc eos tenetur restituere. d. l. certum quicquid in contrarium dicatur, † quod nõ debuit suum ius in discussum relinquere, ut ibidem di- 960
cit Aret. sub d. nu. 3. Quod si tempore quo mota est lis, uel sententiæ fine dolo desierit possidere rei iudicatæ excepto contra eum non datur, d. c. Aduersario.

Verùm tamen siue directa utiliter, siue utilis tantum rei vendicatio contra dolo posidere desienté (vt dictũ est) detur; traditq. Ias. in d. §. omnium, n. 60. quæritur modo si quis non dolo desierit posidere interrogatus tamen num posideat, neget & rectè quidem, sed rei ipsius pretium præ manibus habeat, num in ipso pretio huiusce legis remedio locus sit, sicq. illud actori dare cogatur, quod in ipsum actorem transferatur, tamq̃ † pretium loco rei suc- 961
cedat, & rem habere uideatur. l. Mater, vbi Bald. in 7. col. vers. demum quæro. C. hoc eod. tit. nostro, l. si ré & pretium. ff. de pet. hær. l. videamus. ff. quod metus cau. Bart. in l. si fundum per fideicom. ff. de leg. 1. Alex. in l. quæ dotis. ff. solut. matr. idem Bal. in d. l. cogi in penult. col. vbi tenet quod sic restringendo tamen rem ad casum quando interrogatio indefinitè cõcipitur, secus si ad corpora ipsa hæreditaria determinata esset, etenim veritate inspecta, qui pretium in manibns habet, Negando rem posidere mẽtitus non est, licèt iuris fictione pretium loco rei alienatæ succedat. Tex. est in

l. rem,

l.rem.ff.de pet.hæred. Bald.in l.cogi.C.eod.tit. Tangit Iaf. in ipso §.oīum, num.95. vbi & admonet reum conuentum, vt cum iam negauerit se posſidere, spontè liti se non offerat, quia si postquàm negauit liti ipsi se obtulerit, patiaturq́. nihilominus contra eū pro-
962 cedi, est † ac si rem ipsam posſideret, & vtili rei uendicatione contra se sentētiam patietur, si negat posſidere oīs processus postmodum qui contra ipsum fiet, erit nullus, tamq̄ negans se posſidere, similis sit illi contra quem processum fuisset interrogatione ipsa an posſideat non præmissa; nam per negationem ad d. effectū offerre se liti non dicitur, & ob non posſesſionem ab hac molestia liberatur, quod tamen inferius dilucidiùs explicabitur.

Verum & hoc non ita sicco pede transeundū est, sed distinguendi sunt duo casus: Nempè quod aut pretium ipsum iam solutum fuerit venditori, sed nondum confusum per ipsum, sed tantum immixtum, & æquè vendicare potest ab ipso uenditore, ac si adhuc penes ipsum emptorem reperiretur, aut est immixtum cum alijs
963 pecunijs: Et tunc † nequaquam & confusum dicitur, si per ipsum venditorem in marsupio positum, & cum alia eius pecunia confusum fuit, tanq̄ commixtione numi ipsi commiscentis proprij effi-
964 ciantur.l.si alieni.ff. de solut. † Et per ipsam immixtionē consum-
965 pti dicātur, vt ibidem: Etenim inter modos acquirendi rerū † dominium est ipsa immixtio.§.quod si frumentum, Inst.tit.de rer.diuis. notat Bart.in d.l.si alieni; faciunt tradita à Doctorib. & præsertim Bal.Salic.& Alex.in l.non omnis.§.si pupillus.ff.si cert.pet.
966 idem Bal.in d.l. cogi, col.pen. † duo sunt casus in quibus posterior creditor cui satisfactum fuit pecunias habitas etiam cōfusas priori creditori restituere tenetur, nempè si fiscus, & mulier de eius dotibus contendat. Afflict.decis.190.in fi. Gram. decis.1. per totam. Surd.cons.4.nu.35.vol.1. Capic.dec. 78. Paris.cons.69. volum.4. Quicquid dicere uideatur. Alex. in l.si rem.ff.de petit.hæredit. allegatus in addit. ad Capellam Tholos. decis.167. vt interrogatus,
967 † an habeat rem, si non habeat rem, sed pretium negare ualeat, li-
968 cèt supradictæ decisioni, nec posſidere fasſū fuisse cēsendum † benè si se liti obtulit in eaq́. perseuerare compellitur.l.qui se liti.ff.de pet.hæred.& l.is qui se liti.C.eod.tit. & habetur in authent.qui se-
969 mel. cap.qūo, & quādo iudex, † quod si euidentisſimis probationibus

nibus ostendi poterit, actorem ab initio sciuisse reum conuentum re uera rem nō possidere, nihilominus absoluendus est reus, etiam quod dixerit se possidere, rōnem allegat Iur. Cons. in d. l. qui se liti quia tali modo actor deceptus non est, qui sciens reum re uera non possidere, agere cōtra ipsum nō debebat. Et ecce quāto opere lex ipsa abhorreat malitiam, & dolum quibus non vult reū ipsum temerè uexari, ut & ibidem notant Doct. † Et deceptis, & non deci- 970
pientib. subuenit. l. si rem. §. oīs pecunia. ff. de pign. act. Et ponens scienter falsum, si aduersarius non respondeat, sed contumax fuerit, pro confesso non habetur. Bald. in l. sicut in fi. C. de rep. hær.

Ita in rei vendicationis iudicio declaratio Num reus possideat exigitur, tamq̄ praiacens materia ipsius actionis, vt † quod iudi- 971
cialiter declaret, operepretium sit; nec extraiudicialis declaratio sufficit. Bart. in d. l. qui se liti concessa tm̄ facultate ipsi reo conuento reuocandi ipsam declarationem statim, & iuxta superiùs allegata, atque deducta ad euadendam hanc pœnam: Ita tamen vt ante litis exordium fiat, † quo casu ab obseruatione illius Iudici absolui- 972
tur reus per tradita in d. l. is qui se obtulit † in expensis tamen ob 973
ipsam temeritatem condemnatur, † quod si actor interrogationem 974
hanc omiserit, & reus passus fuerit, nihilominus contra se procedi super ea re, adhuc ea non facta absoluēdus erit, nec liti se obtulisse dicetur, cum non fuerit interrogatus num possideat, ut per plures rationes firmat ibi Simon de Pret. d. interpr. 2. in 2. dubio, nu. 287. cum seq. clarè respondet Vallen. cons. 56. n. 1. & 2. vol. 2. vbi ex doctrina Pauli de Castr. in d. l. si à te. §. 1. concludit in actione reali, seu mixta, si reus interrogatus non fuerit an possideat, licèt venerit ad iudicium, nihilominus si in calculo ferendæ sententiæ deprædhendatur non possidere, cōdemnari non debere, vti possessorem tamq̄ liti se obtulerit, † qui respondendo, & comparēdo 975
liti se obtulisse non dicitur, sed vocatus paruisse, quod & ex textu huiusce legis nostræ manifestè deprænditur, dum in eo dicitur, † in rem actionem pati non compellimur, quia licet alicui dicere 976
se non possidere; cum pro possessore non habeatur. Galeot. in sua Margherita. c. 16. nu 9. & qui non possidet, actione reali conueniri non potest, † Etenim agere, & pati correlatiua sunt; Vnum ha- 977
bens relationem ad aliud nempè, vt is patiatur in rem actioné qui

possidet, & ille agere valeat reali iudicio cõtra rem possidentem, si constet manifestè reum conuentum possidere; & scite quidẽ Iur.
978 Cons. ponit hic verba ista, † agere, & pati tamq̃ correspectiua ad-
979 inuicem, quia † qui agit in aliquo patiente, & qui patitur aliquem
980 in se agentem pati videatur; vnde dici solet, † Agens agere in pa-
981 tiente benè disposito; tametsi verbum † passio rõne recti sermonis bona vox latina nõ sit, meliusq́. diceretur perpeti, vt apud Terent. in Eunuc. Non perpeti meretricum contumelias? & apud Cicer. ad Cælium lib. 2. Nonne tibi affirmaui quid vis me potius perpessurum, q̃ ex Italia exiturum; vnde & idem Cic. in 2. de inuẽtione,
982 describendo, Patientiam dicit, † Patientia est arduarum rerum, ac
983 difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio, † vnde Auctor Catonianus asserit,

Maxima enim morum est semper Patientia virtus.

Et agens in agendo re patitur, inquit Philosophus voluit, & hic Iur. Cons. noster ex verbo subsecutiuo exprimere hanc vim, dum
984 postq̃ dixit in rem actionem pati subiecit non compellimur, † quia
985 propessio ipsa habet renitentiam quandam in se vt, † qui patitur reniti dicatur, & coactè ad aliquid contra eius naturam, quinimmò ea reluctante adducatur, differtq́. à verbo sinere, vt sinere uolentis sit, Pati aũt coactorũ c. 1. §. quibus autem 13. q. 1. tractum q́. est ab
986 actu † Pastorum, qui diuersa animalium genera in vnum congregando ea compellere dicatur, hoc est simul, & vna pellere, compellereq́. (teste Seruio) sit diuersa, vel diuersorum animalium genera in idem cogere.

Compulerant greges Coridon, & Thyrsis in vnum.

Inquit Maro in Bucolicis, & Cic. eod. lib. de inuẽtione, vocis ipsius significationem exprimere volens, dicit, Dispersos oues in agris ratione quadam compulit in vnum locum, & facit Euangelicum
Luc. 14. dictum, Exi in vias, & sepes, & compelle intrare ut impleatur do-
987 mus mea, † Et cõpellitur æquipollet verbo illi trahitur; quod vim aliquam significat.

Altaria ad ipsa trementem traxit. inquit Virg. Æneid. 2.

988 Differtq́. à verbo ducitur, vt ducamur spontè trahamur vi, & ducimur ẽt differt à verbo inducimur, ut duci sit ad opus adigi; vt inde tamẽ victores redeamus, induci uerò sit in eo subiugari, ac vinci,

ei, nam bonum est duci in tentationẽ, ut mediante gratia Dei inde victores regrediamur, induci uerò malũ; vnde dicitur, Ductus est Iesus in desertum ut tentaretur à Diabolo; & in Oratione Dominica dicitur, Et ne nos inducas in tentationem, non autem ducas, vt egregiè exponit D. August. super Matthæũ; Et diximus in nostra Hierarch. fil. 4. igitur dicendo in rem actionem pati non compellimur, inculcat uim, ac potestatem verbi ipsius pati: In alio ẽt cum misterio posuit uerba ipsa, actionem pati non compellimur; quia præmittendo vocem ipsam actionem quæ relationem habet, vt dictum est ad ipsam perpessionem, supponit † nobiliùs esse age- 989
re q̃ pati, quia † actiones sunt suppositorum, ut inquit Philosophus 990
in 2. de anima, & in materia nostra, † Actio est ius persequendi in 991
iudicio, quod cuique debetur. §. 1. instit. de action. quod & Cic. seu quisquis alius sit author in 1. Rethoric. ad Heren. aliter uertit dum ducit, † à causa cadit qui agit, nisi habeat actionem, & † pati 992
pro substinere accipitur & est, ac si dixisset in rem actionem sub- 993
stinere non constringimur. Vnde Cic. in Orat. pro Roscio Amerino dicit, facilè patimur esse, quã plurimos accusatores, † quod & 994
ad res inanimatas transfertur, vt apud Propertium Eleg. 14. lib. 1.

Tellus patiens Vomeris.

Et apud Virg. Georg. 2.

Pulueris atque Solis patiens.

Et in Bucolicis Eclog. 4.

Non rastros patietur humus, non vinea falcem.

Saxo patientior dicit Cic. in Orat. prò Quinto Ligario; Volens ostendere durissimam patientiam, non ineleganter, etiam dixit in rem actionem pati non cõpellimur; quia licet alicui dicere se non possidere, etenim q̃uis † iudicium reddatur in inuitum. l. inter sti- 995
pulantem. §. si sticcum. ff. de uerb. oblig. Bart. & Castr. in d. l. si ante, §. 1. † Vnde contentiosa iurisdictio dicitur, quæ in inuitũ redditur, 996
l. 2. ff. de off. proc. & leg. & in usib. feud. in tit. si de feud. fuerit controuersia à cõtendendo, hoc est à magno conatu, & impetu contra aliquem intendendo, si nostram causam laudando extollemus, & aduersarium per cõfusionem deprimemus; inquit Auctor Rhetor. ad Heren. lib. 1. † ad differentiam voluntariæ iurisdictionis, quę in 997
uolentem exercetur, † tamen in actione reali non constito reũ con- 998

uentum possidere, iudicium super ea re in inuitum non datur; nil
999 tamen prohibet, quin & in nolentem detur, etenim † inuitus quasi
1000 non uolens dicitur, † & inuita Minerua aliquod facere, est repu-
gnante ingenio, uel repugnante natura aliquid aggredi, hoc est
1001 nolente Minerua, † quæ disciplinarum Dea credita est, quæ ex Io-
1002 uis capite exijt (ut fabulantur Poetæ) † & quam antiqui pingebãt
Aegide, & hastam formidabilem; unde Horat. de Arte Poet. ast.

Tu nihil inuita dices, faciesue Minerua.

1003 Et ut superius dictum est, † Si is, qui non possidet ultro se liti ob-
1004 tulerit, cogitur in eo iudicio persistere, † & sibi imputet, qui nolens
illud subire non cogebatur, sed liti se offerendo d. liti se subiecit,
d. l. is qui se obtulit, & denotat uerbum compellere, ut superiùs
abundè diximus.

1005 Non ab re etiam dictum est, pati non compellimur, quia si † quis
inuitus molestari ob id non debet, uolens non uetatur, & quoniam
1006 † cum finis iudicialis controuersię sit ipsa sententia, & ut sententia
debitæ executioni demãdetur, cap. cũ aliquibus de re iudic. Spec.
in tit. de execut. sent. in princ. l. Possideri in princ. ff. de acquir. poss.
1007 l. 4. §. Prætor. ff. de re iud. & † ita appetat sententia executionẽ sicuti
materia formã, & fœmina marem. l. si conuenerit. §. si quis caueat.
ff. de pign. act. Neuiz. in sua Silua nupt. in uerbo est Nubendum,
1008 fol. 120. † frustraq; ferentur sententiæ, ni postea debitæ execu-
tioni mandarentur. l. Promissor stichi. §. constituto, de constit. pec.
1009 cum simil. † cum finis ipsarum sit executio, † qui licet ultimus in
1010 executione, primus tamen in intentione est Bart. in l. ambitiosa,
col. 4. ff. de decret. ab ord. facien. Bald. in l. hæc quoque necessario,
§. fin. uers. 2. sumitur, C. de nouo, C. confirmando, Ias. in l. si quis
nec causam col. 4. ante fin. ff. si cert. pet. si contra non possidentem
iudicium istud daretur, pro Actoreq; ferretur sententia, utique ea
postmodum cõtra eum exequi nequiret, ex quo rei restituendę fa-
cultatem non habet, cum penes ipsum res non reperiretur, sed de-
nuò contra rei ipsius detentorem procedere oporteret, sicq; fru-
stratoria esset iuris dispositio contra regulam & legalem, & philo-
1011 sophicam, † ut lex sicut natura nihil frustra operetur, dicit Philo-
sophus in 1. de Cœlo, & mundo, & in 2. de anima habetur, & in
l. hæc stipulatio. §. Diuus. ff. ut legatorum nomine caueatur, dicit
gloss.

gloss. in clem. unica, in uerbo unigenitus, de Sum. Trinit. & Fide Cath. & latè Tiraq. super consuet. Pictau. in titulo Nihil frustra. * Actio in rem quippe quidem rei ipsius persecutoria est, † quæ ita 1012 rei cohæret, ut quocunque uadit eam persequatur, afficitque eius 1013 possessorem. l. 1. C. ubi in rem actio, & l. actionum genera in princ. ubi gloss. ff. de actio. & oblig. & in d. §. omniũ, instit. de actio. quod suadet præpositio illa, † In quæ intrinsicitatem designat. l. 1. §. in 1014 flumine. ff. de flum. & d. §. cum in sua, Instit. de rer. diuis. l. 1. §. si intra. ff. de suc. ed. quæ † & ideo in rem dicitur, quia rẽ ipsam sequi- 1015 tur, nec personam habet obligatam, nisi ratione rei, q̃ possidet, † & 1016 nisi in alienatione rei alienatæ per fiscum, contra quem dominus, & non contra possessorem actionem dirigere debet. l. omnes. C. de quad. præscript. Boss. in tit. de fisc. & priu. num. 42. Doct. in d. l. 1. Aret. in §. edicto, num. 1. Instit. de usucap. Quod & extenditur ad patrimonium Principis. l. Benè à Zenone. C. eod. tit. de quad. p̃scr. quod secus est † in personali actione, quæ ita cohæret personæ, 1017 eiusq. est infixa medulis, ut ab ea pacto aliquo separari non queat, † & personam ipsam sicut umbra corpus, & lepra leprosum sequi- 1018 tur. l. 1. §. si hæres percepto. ff. ad Senatuscons. Trebel. l. penult. C. de act. & oblig. & ita ut dicitur personæ, * Vt tam q̃ character indele- 1019 bilis, ei inhæreat, gloss. in l. 2. in princ. ff. pro socio; faciunt notata ab Ang. & Ias. in d. §. actionum, itaut reus cõuentus quantũcunque neget iudici persecutionem super ea declinare nõ valeat, sed illud sustinere cogatur. l. postmodũ, iuxta illud Ouidij in Herodiadibus exitus acta probet, & nisi soluerit, † quia nemo soluens inuitus co- 1020 gitur super eo litigare ad not. in l. Iulianus. ff. de cõd. ind. & nedum negando iudicium non euitat, uerum magis litem ipsam accẽdit, † quam contestatur inficiando, ut superiùs dictum est. 1021

Illud pro notabili considerandum est, quod Iurisconsul. hic retrogradè procedit dum dicit: In rem actionem pati non cõpellimur; quia licet alicui dicere se non possidere, sensus. n. cõuersiuus dictorum uerborum est, ut eo quia quis negat se possidere actio super re negata contra eum non detur, dictio enim illa, † quia causatiuè ibi 1022 stat, † & est redditiua rationis, quare negans actionem in rem pa- 1023 ti non compellatur. Bart. in d. l. demonstratio. §. quod autem, uers. item quod si testator. Bald. in l. 1. in 3. col. ff. de fals. caus. add. leg.

vt

vt intelligi poteſt ibi per eum', idem Bart. in l. 1. C.quib.cauſ.ceſſ. long.temp.præſcriptio, Card.poſt gloſſ.in clem.teſtib.in princ.de teſt. & ſit ſenſus: Vt cum quis negat ſe poſſidere iudiciũ cõtra eum nõ detur, vel argumentatiuè, vt l.ſi qui homines in princ.de leg. 1. & in l. ancillam cum liberis.ff.eod.tit. & argumẽtat ibi vt coniun-
1024 ctiua illa,† cum adiuncta verbo illi pellimur † ſtare poteſt ibi cau-
1025 ſatiuè temporaliter, ut in l.quamuis.C.ad legem Iul.de adult. Vt ſit ſenſus in rem actionem pati non compellimur, hoc eſt non ſemper cogimur, ſed ità demum ſi poſſidere, haud negauerimus, vel ſi negando vltro nos liti nihilominus offeramus; Colligitur & ex eo
1026 Cic. de Amic. ibi, Quia natura mutari non poteſt, idcirco † veræ Amicitiæ ſempiternæ ſunt; Ponitur & aliquando interrogatiuè pro quare, ut apud Virg. Æneid. 5.

Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nembi,
Sed additur tunc ei dictio nàm . . .

Verum ut ad rem noſtram redeamus, prætereundum non duxi, quod præmiſſo præparatorio, an quis teneat, vel poſſideat, & ſe-
1027 quuta reſponſione ſe non poſſidere,† Si reus conuentus liti nihilominus ſe obtulerit, & paſſus eſt contra eum procedi in ipſa re ad ſententiam, ita contra ipſum ſententia condemnatoria exequenda,
1028 ac ſi re vera poſſideret,† & ſi tertius ẽt cõparuerit, ad impediẽdam executionem aſſerens rem petitam eſſe penes ipſum nihilominus contra condemnatum, & victum fiet ipſa executio, & non contra ipſum tertium adhuc non victum, nec cõdemnatum, cap. cũ ſuper de re iud. Doct.in l.à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff.eod. tit. Couar. pract.quæſt.c. 16. verſ. 30. ſolet; tradit Innoc. in c. quia. 5. de iudic. Bald.& Ang.in l.ſi bonæ.ff. de iniuſto, rupto, & irrito teſtamento,
1029 refert & ſequitur Ioſeph.Lud.deciſ Peruſ. 26. num. 15. † quia hæc translatio ſemper fit ſaluo iure cuiuſcumque tertij (vt dictum eſt) & ſic nil ſua intereſſe.

Sed cum prædicta ità ſe ſe habeant in deſiente poſſidere, cõſpiciendum eſt modo; quid ex diuerſo in actore, qui à principio, & tpe motæ litis dominus non erat, ſed ex poſt pendente iudicio, rei ipſius dominium ei ſuperuenit, an hoc remedio rectè agatur, vel ſaltem rei uendicatione? & remedium huiuſce legis ei non competere reiq. vendicationis, actionem ei nõ dari infraſcripta videntur

tur

tur suadere potissimùm, quia † nemo ex iuris axiomate sine actione experitur. l. si pupilli, vbi Bart. & Bal. ff. de negot. gest. & ex sententia Cic. superiùs retulimus à causa cadere qui agit, nisi habeat actionem: Ad hoc † ut rei vendicationis competat actio, duo necessariò requiruntur, nempè dominium, vel quasi in ipso agente, d. l. in rem, & possessio, uel quasi in ipso reo conuento, d. l. officium igitur si qui agit dominus non sit, sine actione experiri dicitur meritò remedium huiusce legis ei non datur, etenim † actio est suppositorum, ut inquit Philosophus, quod & manifestè colligi ex hoc textu uidetur, dum † in pœnam mendaciter negantis vult ibi Iurisconsultus rei negatæ possessionē in actorem transferri ex speciali remedio huiusce legis, licet suam rem ipsam esse non probauerit ponderando uerbum illud, † licet quod cum stet ibi pro cōiunctione aduersatiua, ut dicunt Doct. & præsertim Bart. in d. l. stipulatio, ista præsupponit in reliquis & extra hunc casum esse † regulam in contrarium, & sic vt actor ipse teneatur probare se dominum, quo ei competat hoc remedium † validum siquidem est in iure argumentum à speciali, l. quod verò contra, & l. ius singulare. ff. de legib. cap. quæ à iure de reg. iur. in 6. & pronomen illud † suum dominium significat, Bart. in l. cum res, col. 2. vers. quid dicimus. C. si res aliena pignor. data fuerit, Card. in Clem. 2. de procurat. sicuti & aliud pronomen meum. l. non solum. §. meum. ff. hoc eodem tit. nostro, nā si dicatur in libello meo, vel suo, intelligitur ad me spectare, uel ad illum iure dominij, vel quasi l. quintus. §. argento. ff. de aur. & argent. legat. Ang. in d. §. ex maleficijs, nu. 19. cum seq. & stat regula, † ut in re sua quilibet dicatur moderator, & arbiter, l. in re mandata. C. mandat, quod intelligitur in re in qua quis hēt dominium, uel quasi † non sit alterius qui pōt esse sui, inquit Ouidius, Et † iniuriarum actio competit aduersus eum, qui non sinit me de † meis rebus arbitratu meo disponere. l. iniuriarū actio. §. si quis me. ff. de iniur. † Hinc Suitas dicitur ius illud patriæ potestatis quod pater habet in filios non emancipatos, quasi quoddam dominium toto titulo. ff. de suis, & legitimis hæredibus, & explicant Doct. in Rubr ibi † quod antiquitus ex legibus Solonis Pittaci, & Charondæ referente Dionysio lib. 2. extendebatur ad vitæ, & necis potestatem, & quam Romulus Patribus dederat, referente eodem

1030 1031 1032 1033 1034 1035 1036 1037 1038 1039 1040 1041 1042 1043

1044 dem Dionysio, † & ut liberum esset patri in casu necessitatis eos vendere. l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. licet recētiores Cęsaris illud

1045 postmodum moliti fuerunt. l. fin. C. de patr. pot. † pœna occidendo patrem qui filios occidisset. l. Pompeię de parricidijs. l. diuus. ff. ad leg. Pomp. de parric. quamquam Seneca debere esse temperatissimam in pietate magis, quàm in seueritate sitam, dicit de clemētia

1046 habetur in l. in suis. ff. de lib. & posth. Et cuius uirtute † hęreditatem etiam non aditam transmitti uolebant, ex potentia suitatis. l. extra-

1047 neum, ubi Bart. ff. de hæred. instituen. * Et quod quidē suitatis ius pater retinet etiam in filia nupta, quæ ob id non desinit esse sua. l. si

1048 vxor, vbi Bal. Salicet. & Corne. C. de condit. inser. * Cuius virtute etiam quicquid ea acquirit, quo ad vsumfructum ipsi patri acqui-

1049 ritur. l. 2. 3 & 4. C. de bonisq́. lib. † Suique iuris dicitur qui alienæ potestati minimè suppositus est. Angel. Port. & alij Instit. de his

1050 qui sui sunt, uel alieni iuris † semper erit in disputādo suus, inquit Cic. lib. 5. de fin. hoc est non utetur alienis. Sensus mei dicuntur

Psal. 18. quibus dominor, seu dominari debeo, Si mei nō fuerint dominati tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo, inquit Psalt. hoc est si sensus mei mihi dominati non fuerint, hoc est ra-

1051 tioni, sed ratio ipsis, * Nam homo à rōne dicitur immaculata erit vita mea, sed quomodo mei? Si dominantur mihi, & si dominantur mihi? Quomodo mei? mei sunt mei? & quia mei non debēt

Gen. 4. dominari mihi, sed ego hoc est ratio illis; Et aliud subte erit appetitus tuus, & tu dominaberis illi, & sub uiri potestate eris, & ipse

1052 dominabitur tui, * Etenim suum cuiusque dicitur quod ab eo iure

1053 uendicari potest. d. §. argento, ubi Bart. † suaq́. uel mea intelliguntur bona quorum ego, uel quis uendicationem habet, Spec. in tit. de locat. & conduct. §. 1. vers. 153. ratio etiam allegari potest, vt

1054 † cum non debeat liceret actori, quod & reo non licet, cap. non licet actori, de reg. iur. in 6. Socin. iun. in d. l. naturaliter. §. nihil cōe, num. 248. Ex quo actori non licet contra non possidentem agere rei vendicatione; ita actorē ipsū cum non sit dominus tali actio-

1055 ne experiri non posse, per regulam oppositorum, † ut idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, l. qui

1056 filium, vbi Alberic. ff. de leg. 3. ponderando, & † pronomen illud suam quod cum sit demonstratiuum in præsenti tātum verificatur

Panor.

Panor. in cap. cum capella, num. 5. de priuil. & suum etiam idem est quod proprium. Trahit sua quæque voluptas, hoc est proprius appetitus.

Atqui Bart. hic & in l. & an eadem. §. actionis col. pen. ff. eod. tit. de exceptione rei iudicatæ distinguendo tenet contrarium nempè vt, † aut illi qui ab initio non erat dominus, superuenit dominium 1057
ex causa de præsēti, aut de præterito, si ex causa de præsenti, vt puta quia post cæptum iudicium, seu motam litem actor rem emerit, vel alio modo ei acquisitæ fuerit, & tunc tale dominium ei superueniens, nihil prodest condemnatoriaq́. aliqua sententia ipsius rei sequi non potest. Bald. in d. l. vnica. C. de alien. iudic. mutand. caus. fact. Ias. in d. §. omnium, num. 67. aut in causa de præterito, vt puta quia ante iudicium rem ipsam emerat, vel legata aut alio modo ei acquisita fuerat, sed nondum tradita, & tunc benè potest sequi sententia condemnatoria contra reum, quia † ius ipsum superueniens 1058
ei ex causa de præterito, facit ipsum & ab initio tempore motæ litis censeri dominum actione Publiciana de qua inferius pertractabitur, pernotata in cap. Abbate. §. sanè in fi. de re iudic. in 6. dicit Faber in d. §. omnium qui asserit tantam esse vim illius textus, vt † contra eum calcitrare, tamq̃ contra stimulum durum sit, idem 1059
tenet Innocen. in eod. cap. Abbate.

Pro clariori dilucidatione istius disputationis constituo tres casus; Primum quando actor ab initio quidem nō erat dominus, sed pendente iudicio efficitur dominus, ex causa tamen de Præterito, Alterum quando ab initio quidem erat dominus, sed pendente iudicio desijt esse dominus, Vltimum quando tempore cæpti Iudici erat quidem dominus; Verum pendente iudicio desijt esse dominus, sed tamen adhuc eo pēdente recuperauit ipsius rei dominium.

Primo casu vera est distinctioni Bart. superius allata, quam & sequi uidetur Bal. in d. l. vnica, qui tamen specificatiùs loquendo dicit quod aut tpe motæ litis, & cæpti Iudici interuenit † princi- 1060
pium passiuum, nempè possessio rei conuenti, & Actor obtinere debet. l. sin autem. §. possidere. ff. hoc eodem tit. nostro, & l. signi. §. vlt. ff. ad exhiben. † aut superuenit actiuum principium nempè domi- 1061
nium in actore, Et tunc aut ex causa de præterito, aut ex noua causa, si ex causa de præterito tūc sufficit, † quia licèt male à principio 1062

 actum

actum fuerit fictione tamen translatiua benè actum fingitur. l. si rem.§ fin.ff.de pignor.act.declarāt Cynus,& Innoc.in d.c.Abbate vendicare id sibi locum quando generaliter actum fuerit, non autem quando ex certa causa,quia tunc superueniens dominiũ haud
1063 sufficit rationem adducit Bald. ibi quia † quando quis astringit se ad specialem causam ad concaminantias loci,& tpis illius causę se
1064 astrinxisse ẽt uidetur, † Etenim & nullum de nouo emergens legis auxilio destituitur.l.1.in princ.ff.de vent.in Spec.l.fin.ff.de hæred. instit.& l.de ætate.§.ex causa. ff.de inter. actionibus.

Vnde cum astrinxerit se ad illud tempus probandum alterius tpis probatio non sufficit, quod facit ad illud, vt fatuus sit iudex
1065 † qui cum nõ teneatur exprimere causam in sua sententia, tex.cum gloss.in l qui testamento, & ibidem & Bal.in l. quid ergo in repet.
1066 §.pœna grauior.ff.de his qui notantur infamia eam exprimit, † sat enim est ei dicere iustis de causis mentem nostram mouentibus,ex
1067 quo postmodum † modis etiam incogitatis suam sententiam iustificare valet, tex. cum gloss.in l.si quis ad exibendum.ff.de exec. rei iud.gloss.Bart.Bal.& Doct.in l.si is ad quem.ff.de acquir.hęred.refert Aret. in §.suspectus autem, nu.1. Instit.de susp.tut.idem Bald. vbi sup. Doct. in c. sicut nobis de re iud.& in c.in pñtia de renunc. & dicit Bal.ibi.l.Titianus.ff quod cũ eo.Afflic.decis.Neap.28.n.4.
1068 Cum specificando causam in ea persistere teneatur,Bal.vbi sup.
1069 Innoc. in d.cap. nouit.* Vnde ad hoc vt ex iure superuento reus condemnari ualeat, vt actor qui ab initio dominus non erat, sed pendente iudicio ex causa de præterito ei superuenit dominiũ pe-
1070 tierit † simpliciter se declarari dominum, vel quid simile ea rem ipsam ad eum spectare iure dominij, uel quasi requiritur, & secus faciendo nulliter agit, ut prædicti iuris verticies asserunt.

Quod si ex noua causa ex iam dictis iam liquet cõdemnatoriam
1071 aliquam ipsius rei cõueti sequi non posse quinimmo †Actor in expensis condemnari debet perlegem eum qui timere.ff.de iudicijs,
1072 Castr.in d l.si à te.Rolan.cons.56.n.4.vol.2.*Et imputet sibi actor quod iuris regulas non seruauerit.l. qui prætorio.ff.hoc eod. titulo nostro, vbi Castr. & dicit Simon de Præt. quo sup. alleg. tractatu lib.5. interpr.2.dub.2. num. 255.

Secundò casu itidem dicendum uidetur ratione principij liciti ipsi

ipsi Actori rei uendicationis actionem competere, quia cũ † principium fuerit licitum finis qui ab eo processit, & licitus reputari 1073
debet, Attenditurq. ipsum principium, stante iuris axiomate, * vt 1074
ex principio posterior formetur euentus. l. 1. ff. qui pot. in pign. hab.
& extat Brocar. Azzon. & Doct. ponunt exemplum, * Vt cũ liceat 1075
patri filiam domi suæ, & adulterũ in turpitudine ipsa depræhensos occidere, Bart. in l. quod ait lex. §. quod ait lex. ff. ad l. Iuliam de
adult. si domi eos depræhendat, ibiq. eos psequi incipiat. † Et adul- 1076
ter, seu filia extra domum aufugerit, & ipsum, uel ipsam sic ense districto extra domum prosequatur, si in illo impetu illum sic fugientem prosecutus fuerit, & occiderit, impunè citra uir lationem legis Iuliæ eum occidit, nec legi aduersatur, quia cũ principium fuerit licitum, finis quoque qui ab eo processit licitus reputatur,
* Principia. n. licet minima sint quantitate, tamen potestate maxi- 1077
ma sunt. Auer. in lib. de substantia orbis, primo cœli, & mũdi cõmen. 33. Barb. in c. sedes, num. 52. de rescrip. etenim dici solet, Debile principiũ melior fortuna sequetur.* Rursus si aliquis aliquem 1078
in platea pcusserit, quo loci pœna duplicetur, si rixa extra plateam cępta fuerit, sed tamen illo impetu in plateam protracta pœna non
duplicatur, * quia initium ipsum attenditur prout in facti contin- 1079
gentia dum assiderem Iudex maleficiorum Ciuitatis Tergesti ego seruaui anno 1578. in Arsengo.

Et ita spectatur initium, vt Summus Pont. in c. Principatus q. 1.
asserat. * Principatus quem aut seditio extorsit, aut ambitus occu- 1080
pauit, etiam si moribus, atque actibus non offendit, ipsius tamen sui initij est perniciosus exemplo.

Dantur & alia exempla à Bart. ibi & notat Boss. in tit. de fauor. defens. num. 7. facit & text. in l. 2. ad fin. d. tit. de litig. ibi nihilominus agendo.

Verum contrarium determinant Doct. vt dicit Ias. in d. §. omnium, tenent Bart. & Bald. in l. & an eadem. §. action. & idem Bal. in d. l. vnica. Ast ego nõ sine distinctione hoc procedere existimo, vt aut quis pendente iudicio irrecuperabiliter desijt esse dominus,
vt * quia ius dominij in eo ressolutum fuit, ut in feudo, vel em- 1081
phiteusi, quæ data esset in dotem per uxorem marito, * quod fieri 1082
potest, vt inquit Spec. in tit. de emphit. vers. 109. Ias. in l. fin. n. 107.

cap.de iur.emphit.c.1.vbi Bald.de inuest.quam accepit à Sempronio, & in cap.1. an maritus vxori succedat, Surd. decis.Mant.287.
1083 nu.22.cum seq. Clar.in §. feudum. q.36. † Et quæ penes maritum
1084 sicuti penes vxorem esse debet, * Vel penes patrem, ut si morte vxoris sine filijs esset finitura, ita penes maritum, Aluarot.de feud. qualiter feud.alien. val. Rolan.cons.4.vol.1. vt maritus condẽnari
1085 non debeat, † sed ad eum transeat actio ad quem trãsit ipsa emphiteusis, aut feudum rationibus per prædictos, vt ibi allatis, & sic respectu ipsius mariti, vel patris qui ratione prædicta desijt, irtecuperabiliter esse dominus, & possidere cesset rei vendicatio, sed ea transeat in successorẽ, aut desijt esse dominus facto ipsius rei cõuenti, vt quia cum actor petijsset seruum, qui à reo conuento tempore cæpti iudici possidebatur, eo pendente reus conuentus occidit ser-
1086 uum, certum est actorem desijsse esse dominum,* Quia peremptus est seruus inq. rerum natura esse desijt culpa tamen ipsius rei qui eum occidit, & nihilominus vtili rei vendicatione reus condemnandus venit, atque etiam ad interesse illius, cuius facto obijt, secus tamen si sine facto ipsius rei conuenti occiditur, ob quod expedit pro euictione rem iudicari.l.si seruus.ff.iudicat solu.& ponit exemplum Soci.iun. in d.§.nihilominus commune, num. 270.
1087 de fideiussore, † qui non liberatur mortuo homine, quẽ in iudicio sistere promisit, & in materia nostra est casus in l.utique.ff.hoc eo-
1088 dem tit.nostro,* Sin autem lite iam contestata, actor desijt esse do-
1089 minus absque sui culpa, & facto, * vt quia rei possessor compleuerit eius vsucaptionem, seu præscriptionem, & hoc proprer moram ipsius rei, cui imputanda est ipsa procrastinatio reus ipse condemnandus venit.l.si post acceptã.ff.pariter hoc eod.tit.nostro, tradunt Ang. & Moderniores in l.si Titius.ff. de verb. oblig. quod an iure procedat dubito, & quia nulla potest interuenire præscriptio lite
1090 super re mota, * Quæ per ipsam controuersiam, & solam citationem interrumpitur. Pan.in cap. illud de præscriptionib. per legem eum acutissimæ, C. de præscript. triginta annorum nisi vellemus ponere casum in eo qui relicto possessore agerit contra desientem possidere.

Aut agens facto, & culpa sua dominus esse desijt, & tunc reus saneq̃ dominio in actore cessante absolui debet, l. si seruus. ff. de condit.

condit.furt. * Etenim damnum quod quis sua culpa sentit sibi imputare debet, cap. damnum de reg. iur. in 6. † aut absque facto, & culpa sua, & nemini imputabili, & tunc distinguendum censeo, secundum regulam legis, item si uerberatum. §.fin.ff.hoc eod.tit.nostro. Vt tūc si in mora fuerit possessor, & dominus distracturus erat, & accepisset si possessor restituisset, pretiumq́. rei lucratus fuisset, teneatur sin minus non tenetur, ita vidi distingui à Bal. in d.l.vnica, num.8.C.de alienat. iud. mutan. caus. fact. 1091 1092

Tertio casu vigentibus supradictis, sententia condēnatoria contra reum conuentum sequi potest, quia medium tpis quo dominus possidere desijt, haud ei nocere debet, quia † extrema ipsa habilia in consideratione habentur, & faciunt, vt medio ēt tempore possidere censeatur, ita firmat Ias. in d.§.oīum, nu. 69. vbi & Faber in facto, vel culpa eiusdem actoris isdem dominus esse desierit, vt ibi. 1093

Alia hinc suboritur quæstio, Num si actum fuerit contra non possidentem rei vendicatione, † qui interrogatus num possideret, credens re vera se possidere, possidere respondit, & lata fuerit sententia pro actore, deinde ex noua causa, & de præsenti vera possessio nempè ex causa emptionis, vel huiusmodi ei superuenerit talis sententia contra ipsum executioni mittatur, perinde ac si ab initio re vera posidisset? & mitti non debere minusve sententiam prædictam valuisse eo dicēdū uidetur, quia cum extrema prædicta habilia in rei uendicatione interuenire debeant, nempè & ꝙ actor sit dominus, & quòd reus ipse conuentus posideat, uel utsup. dolo desierit posidere, d.l.in rem, & l.officium quorū altero deficiente deficit, † subiectum sine quo ipsa actio tamq̄ qualitas sine substantia stare non potest.l.eius in prouincie.ff.si cert.petatur.& qualitas, quod est accidens non esse, sed in esse dicitur, Philos. Metaphis.7. quæ & sine subiecto, nec etiam in intellectu esse potest, uel deduci. Bald.in l.2.C.de sec.tab.& in l.oīum.C.de test. † nec opinio ipsius rei facit ipsum haberi pro possessore, quia cum pro ueritate ipsius actionis requiratur, vt reus re vera posideat, † opinio veritati ipsi præualere non debet.l. vulgaris.§. si is qui. ff. de furt. † & nihil est tàm contrarium consensui, quàm error. l.si per errorem. ff.de iur. omn.iud. † ad instar. vt non sufficiat actori ex causa de præsenti, post cæptum iudicium superuenisse dominium, vt superius dictnm 1094 1095 1096 1097 1098 1099

est.

est,ut par sit eorum conditio, cap.non debet actori de reg. iur.in 6. At in contrarium est veritas,& veritas ipsa desumitur ex d.l.si à te, §.si quis fundum.ff.de except.rei iudic. quam ad hoc singularē reputat, Bart.litterisq́. aureis scribendā, eius verba sunt hæc, Si quis fundum quē putabat se possidere defenderit,mox emerit re secundum petitorem iudicata, an restituere cogatur? & ait Neratius si actori petenti obijciatur exceptio rei iudicatæ replicare eū oportere de re secundum se iudicata, supponendo tamen secundum Bart. in d.l.si is qui se obtulit si reus interrogatus an possideat se respondere possiderit, secus si talis interrogatio non præcesserit.

1100 Sed cum dolo desiens possidere pro possessore habeatur (vt dictum est) in eum sicuti in re vera possidētem ad rei ęstimationem, vel pretium vtilis rei vendicatio datur, Bart. in l. quoties. ff. si fa-
1101 milia furt.fec.dicatur.d.l.electio.§. si quis autem, † Maximè quia vtilis, & directa quo ad substantiam in rei uendicatione non dif-
1102 ferunt.l.Titio. ff. de negot. gest. † ex quo idem sequitur effectus, quare etiam eadem substantia censeri debent. At quæri etiam potest, Num & quem dolo desijsse possidere non constet si in potentiorem alienet pro possessore habeatur tamq̃ ex tali alienatione præsumatur dolo desijsse possidere, ita vt & talis declarare etiam teneatur, in quem nam alienauerit, & dolo censeri desijsse possi-
1103 dere existimandum est, quia regulariter † in potētiorem per viam contractus alienatio prohibita est, Bald.in l.hæreditatis. C.de hæ-
1104 red.instit. à contrario sensu, † & potentiores dicuntur Principes, & huiusmodi, & qui minaci terrore potest alicui timorem incutere. Specul.de cess.act.

Illud quoque animaduersione dignum est, quod & quādo quis
1105 interrogatur; Num possideat, dolove desierit possidere, † potest Iudex eum iureiurando ad id adigere, ut declarat Lanfranc. in repet.clem.sæpe in verbo libellus,nu.20.de verb.sign.Neuiz.d.con-
1106 fil.5.num.21. * Etenim cum huiusmodi interrogationes, æquitate suadente ad instruendum actorem quomodo ei agēdum, & petendum si fiant. Specul.in tit.de interrog.§.1.ante fin.Hostien.in sum
1107 ma de iudicijs.§.quæ sint necessaria, col.7. vers. sed vide, & quæ
1108 propterea † cum ad iudicij præparationem fiant,† interrogans nihil ponit, sed per ipsas interrogationes ab aduersario certificari quærit.

quærit. Curt.in tract.posit.in §.breuiloquio,colum.3.vers.3.fallit, Anton.in cap.penult. de iuram.differ, vers.2. † quãto efficatius fie- 1109
ri potest ipsi Actori opitulandum est, vt ei suffragetur in omnibus in quibus facilè quid ei agendum sit certus reddatur, ut præfati iuris vertices astruunt.

Et cum utilis rei vendicatio ad pretium, seu æstimationem rei 1110
contra desientem dolo possidere tribuatur multæ & hinc quæstiones oriuntur ad materiam hanc plenè elucidandum vtiles, & perquam necessariæ, & primo an reo conuento condemnato ad ipsam restitutionem, seu pretium, atque æstimationem prædictam actor pro re pro qua ei soluitur pretium de euictione teneatur,tamq̃ † rei 1111
æstimationem soluens rem ipsam emere uideatur. l. si propter res, ff.rerum amot. † & euictio, seu euictionis cautio de natura emptio- 1112
nis, & vẽditionis, & cõtractus onerosi sit.l.non dubitatur, vbi Bal. C.de euict. Castr.cons.50.visis omnibus, † & quæ re ipsa euicta,ẽt 1113
si non fuisset promissa venit, & promissa censetur ipso iure cũ clausulis solitis, & consuetis, Bald.in l.pignore.§.fin. ff. de pignor. act. Quinimmò euictionis exceptio agentẽ volentẽ agere contra eum, cui de euictione tenetur repellat ex regula, † quem de euictione 1114
tenet actio eundem agentẽ repellit exceptio.l vendicantem.ff.eod. tit. de euict. & nulli dubium est taliter soluenti de euictione caueri oportere in casibus tamen in quibus ei debetur euictio. Atqui distinguitur quòd aut † soluens ęstimationem,seu pretiũ causam ha- 1115
bet ab ipsomet actore, aut non, si ab ipso actore tenetur, sin minus non, l.si donauerit in princ.ff.de donat.inter vir.& vxor.l.ex diuerso.§. petito.ff. hoc eodem tit. nostro. l. si seruus. §. cauere.ff.eodem titulo, de condit.furt.

Secundò, an in casu in quo actor de euictione tenetur non cauerit, & ei per reum æstimatio, seu pretium exsolutum fuerit, sequaturq́. euictio contra actorem aditus de euictione ei resfereretur, & resferari eo dicere uidetur; quia cum † soluẽs rei ęstimationem, 1116
vt dictum est rem ipsam emere uideatur, & ex natura cõtractus ipsius vẽnditionis euictio verbis expressis etiam nõ promissa debeatur, vt superiùs dictum est, cui dubium quòd re euicta debetur ipsi soluenti euictio † modo lis debito tempore,ac loco, & ad formam 1117
legis emptori.C.eod.tit.de euict.intimata, ac denunciata fuerit.

Et

Et ex diuerso in quibus casibus actionem cedi non oportet euictio non debetur, Bart. in l. in deposito. ff. de re iud. & in l. 3. ff. pro empt. Quo casu actor côuenitur, ac si possideret. l. si fundum. ff. hoc eod. tit. nostro. l. quædam. §. nihil. ff. de eden. l. 2. ff. quib. caus. in poss. tut. & d. l. non dubitetur.

Tertia huic proxima, & suboritur quæstionum æstimatione, seu pretio exoluto per ipsum possidere desientem actiones soluenti cedi debeant, & cedi non debere iuris ratio suadet, quoniã si eo, quia dolo desijt possidere reus pretium exoluerit, ex quo sui culpa, aut dolo euenit damnum, quod quis sua culpa sentit sibi imputandum
1118 est, d. reg. damnum in 6. † Et dolus doloso patrocinari haudquaq̃ debet. l. Verum. §. hoc quoque. ff. pro soc. Bald. in l. si infanti. C. de leg. clarè videtur decidere, text. in l. is qui dolo. ff. hoc eod. tit. nostro, cuius verba sunt hæc; Is qui dolo fecit quominus possideret,
1119 hoc quoque nomine punitur, quod † actor cauere ei nô dẽt actiones
1120 quas eius nomine habeat se ei præstiturum † dolo namque desiens possidere, ei qui dolo noluit acquirere ęquiparatur. l. etiam. §. is qui dolo. ff. de pig. hæredit. & ita contra eum sicuti contra dolo desientem possidere vtilis rei uendicatio datur, gloss. in l. qui dolo. ff. de reg. iur. declarat Bart. in l. quamquam. §. Iulianus. ff. de aq. pluu. arc. Atqui in contrarium est textus in l. in depositi. ff. de re iud. vbi Iu-
1121 risconſ. sic fatur in depositi, vel commodati iudicio, † quamq̃ dolo aduersarij res absit condemnato succurritur, vt ei actiones suas dominus cedat, per quem quidẽ tex. volens gloss. si item hanc eui-
1122 tare volens, & duritiem d. l. is qui dolo dispositionem, † d. l. in depositi in bonæ fidei contractibus, & d. l. in depositi instrumẽti iuris contractibus, & his quæ stricti iuris sunt vendicare sibi locum asserit, sed quæ bona fides in doloso esse potest? quia bonæ fidei ipsi aduersatur, vt superius præfati sumus? At Bart. in ead. l. in depositi aliter soluit nempe, vt dispositio d. l. is qui dolo vendicet sibi locum in actione in Rem. dicta aũt l. in depositi in actione personali surgenti ex depositi contractu, quod & tãgit glossa ibi rationem
1123 allegat, † quia qui rei vendicatione conuenitur ratione possessionis quam habuit, cessionem petit quia cũ circa ipsam possessionem de-
1124 liquerit, dolo possidere desiendo circa ipsam rẽ punitur, † ut com-
1125 modo ipsius possessionis nô gaudeat, † Et ut per quod peccauit per illud

illud & puniatur iuxta iuris sanctionem. Atqui circa depositum, vel commodatum deliquit in ipsa possessione cesionem non petit, sed ex contractu ipsius depositi, vel commodati. Ponit & aliam solutionem, ut desiens possidere, aut culpa tantum possidere desijt, aut dolo, si culpa ceditur actio. l. si culpa. ff. hoc eod. tit. nostro, sin autem dolo, aut ex contractu, aut in rē si ex contractu ceditur actio si autem in rem minimè; Verum hæc est eadem solutio cum prima Cogitatu, quæ alia solutio sit ei accommodatior.

Quarto quæri potest num dolo desiens possidere, qui actori soluit æstimationem sine cesione actionem in rem nanciscatur ad instar, vt sine cesione actio de euictione ei censeatur promissa, ut superius dictum est, & Iulianus in d. l. si propter res quęstionem ipsam mouet, & per contraria soluit inquiens, si propter res amotas egero cum muliere, & lis ęstimata sit; an actio ei danda sit si amiserit possessionem? mouet me (inquit ibi Iurisconsultus) quia dolo acquisiuit possessionem tamen respondit, † qui litis æstimationem 1126
suffert emptoris loco habendus est; ideo si mulier cum qua rerum amotarum actum est æstimationem præstiterit aduersus vendicantem maritum, vel hæredem mariti exceptionem habet, & si amiserit possessionem in rem actio ei danda est; multas alias quæstiones suborientes ex hoc mouet Dynus in d. reg. pro possessore, quas quia vltra quam fortasse par erat subcreuit Oratio consultò ommitto, illuc recurri poterit.

Sed cū pœna suos debeat tenere auctores, l. sancimus, C. de pœnis, † Alteriq. per alterū iniqua conditio inferri non debeat. l. non 1127
debet. ff. de reg. iur. † quod ob iniustam negationem negans re ipsa 1128
mendaciter negata priuari debeat, quæ in actorem transferatur, 1129
absque vlteriori dominij probatione declaratur vendicare sibi locum, respectu ipsius negantis tantum, non aūt respectu tertij, qui habeat interesse in ea re, ad cuius pretium isthæc quidem translatio non fit: Quinimmò in ipsius tenutæ decretione semper dicitur saluo iure tertij, Afflict. qua superius alleg. decis. 18. in fin. & ita in odium dolo desientis possidere is pro possessore habetur, vt etiam in conueniendo petitione hæreditatis, si ob dolum aduersarij actor possessionem adipisci nequit, fictione iuris pro possessore habetur, cap. contingit, de dol. & cont. l. & si lege. §. quod autem. 2.

1130 ff.de pet.hæred.† Ad spiritualia,ac beneficialia etiam extendi hoc remedium, Ang. tenet hic, Verum respectu Ecclesiæ cui facto sui Prelati nocumentum aliquod inferri non pôt mendacium nanque Prelati ei obesse haudquaquã debet, vt Ecclesia ipsa, vel eius successor in Prelatura, seu beneficio ipsa re priuetur, Cuccus in tracta. de ment.circa poss. num.330. cum seq. Faciunt & tradita à Bernardo in cap. Ecclesia,vt lit.pend.relato à Strynna vbi sup. & à Cabal. in tract de euict. Purp. cons. 93. vol. . . qui ponit exemplum in
1131 † Patre qui sua inficiatione filio præiudicare nõ valet, fit etiam ne Actor vitiosum habeat ingressum,ex Const.Innoc.4.Ioan.de Deo, de cauill.lib.4.cap.7.num.62.

Tam latum ex vocis ipsius significationẽ præsentis legis reme-
1132 dium existit, ut nedum contra naturaliter possidentem, † Verum etiam contra eum, qui tantum ciuiliter possidet, ut contra vsufructuarium feudatarium emphiteutam, & huiusmodi dari aliqui vo-
1133 luerint, Bald.in l.2.C.vbi in rem act.† etiam contra nudum detentorem nempè colonum depositarium, & huiusmodi d. l. officium, Ias.in d.§.omnium num.100.ad quod Ang.hic singularem reputat tex.d.l.officium facereq. videtur, tex.in l.in ventri.§.in bonis.ff.de
1134 priu.cred.† Et quod cum cuicunque appropriationi applicari pos-
1135 se uideatur dari asserant, ad ita dicendum mouentur,quia † vendicare est suum esse dicere, uel ut suum sibi assumere, Vnde Cic.pro Archia dicit,Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum Chij suum vendicant, & extat illud disticon Græcum à Gellio relatum lib.3.cap.11.sic in latinum conuersum.

Septem Vrbes certant de stirpe insignis Homeri
Smirna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ.

Et Ouidius lib. 4. de Ponto eleg. 1.

Vendicat vt Calaber laudem quos fecit equorum.

Et iidem Cic. offic. 1. vim huiusce verbi exprimens, ait si id mihi
1136 assumo videor, id meo iure quodãmodo uendicare, Et alibi,† Ortus nostri partim Patria vendicat, partim Amici; & delata huiusce vocis significatione plura dicunt Doct. super rubr. huiusce tit. no-
1137 stri, & præsertim Lauden. qui egregiè eam comentatur, † Aliqui Codices habent de rei uendicatione, & non de rei vindicatione,
1138 tamq. † vindicare propriè sit vlcisci, & vendicare appropriare, & sibi

ſibi aſsumere. Verum quia ſic communiter ſcriptum legi à communi lectione ſcribendo non diſceſsi.

Illud tamen prætereundum non duxi, quod in tantum vendicare eſt, quod ſuum eſt proprium repoſcere, vt cum † cõfuſio, & per- 1139
mixtio differant, vt cõfuſio ſit quod ſeparari non poteſt, permixtio aũt quod ſeparari queit, gloſſ. in l. Pomponius ſcribit ſi frumentum ff hoc eod. tit. noſtro, differẽtiam hanc ẽt videtur facere Imperator in §. ſi duarum materię inſtit. de rerum diuiſ. & in §. quod ſi fortuito eod. tit. ſi duorum frumentum permixtum fuerit, licet ſingula
corpora, & grana in ſua ſubſtantia durent, vt ibidem † tamen quia 1140
difficilis eſt eorum cuiuſque ſeparatio pro parte immixta cõi diui-
dundo, † tamq̃ iam cõmunicata fuerint; Non rei vendicatio quæ 1141
ad ipſa corpora, iuxta quod iudex æſtimabit datur, vt ibidem dicit Aret. in §. cum in ſuo, num. 2. eod. tit. de rer. diuiſ. Faciunt notata in §. ſi duorum. Inſtit. eod. titulo.

At vndè digreſſi fuimus redeundo, quod pręſens remedium ad vſufructuarium, & ciuiliter poſſidentem nõ extendatur, eo fortaſſe dicendum uidetur, quia cum ad eſſe rei vendicationis requiratur,
vt ſæpe dictum eſt; quòd actor ſit dominus † vſufructuarius pro- 1142
priè dominus non dicitur, ſed largè.. l. Poſſeſſores, in fi. C. de fund.
pat. lib. 10. † Vnde alienus ſeruus dicitur in quo quis habet vſum- 1143
fructum. §. alienus ſeruus, inſt. tit. de hæred. inſtit. † Et inſtitutus cũ 1144
libertate ab vſufructuario libertatem non conſequitur, vt ibidem
etiã dicit Aret. † Et pro vſufructu particularia prodita ſunt reme- 1145
dia, nempè confeſſoria. l. vti frui. ff. ſi vſufr. pet. §. æquæ, vbi Doct. & præſertim Ioan. de Platea inſt. de act. Soc iun. in d. §. nihil com-
mune, nu. 61. cum ſeq. ubi ſub nu. 248. † ſtultum reputat illum, qui 1146
cum poſſideat ad rem q̃ poſſidet rei vẽdicatione agit. Etenim † rei 1147
vendicatione agendo, non ſe, ſed aduerſarium poſſidere fatetur,
† Taliq. eius aſſertione animum ſuum à poſſeſſione eſſe remotum, 1148
† quod ſufficit ad perdẽdum poſſeſſionem, † licèt alteri non quæra- 1149
tur. l. ſi quis. §. differentia. ff. hoc eodem titulo noſtro, ſicuti & 1150
† negatoria pro reliquis ſeruitutibus ad eas vendicandum datur, 1151
vt ibidem Quinimmò diſputant Doctores; Num ſi rei vendicatione actum ſit, & probatum, quod actor ſit vſufructuarius tantum ſit procedat iudicium, itaut actor ipſe ſuccumbere debeat, tanquàm

ineptam actionem proposuerit; & succumbere debere, dicit Alex. & cum eo Soc. iun. ibi restringendo tamen articulum ad casum, quãdo actor in libello dixerit simpliciter se dominum, seu rem ad se spectare iure dominij, vel quasi cum tanquàm vsufructuarius, haudquaquam dominus sit, ut dictum est.

1152 Minus verò ad nudum detentorẽ extendi posse uidetur, † penes quem nulla possessio est, sed nuda tantum detentio, quę non sufficit ad hoc remedium intendandum, ut dicit Ias. d. §. oĩum, n. . . & ibidem etiam Ang. n. . . & in §. ex m. leficijs, num. . . instit.
1153 eod. tit. † nisi colonus depositarius, vel alius simplex detẽtor, omiserint indicare possessorem, & cuius nomine detineant, ut ijdem Ias. & Ang. ibidem astruunt, sed liti sese obtulerit, Pap. in forma lib. in act. reali, in uerbo tenet & possidet, n. 4. vbi pulcra adducit.

Illud prætereundum non duxi, quod cum superius conclusérimus, eum qui ab initio dominus non erat, sed pendente iudicio effectus sit dominus rei vẽdicatione egerit rectè egisse dicatur, itaut sententia condemnatoria contra reum posidentem sequi valeat
1154 † Publiciana simul cum petitorio, seu rei uendicatione cumulari posset, cum contraria isthæc quidem non sint, sed diuersa, gloss. & Doctor in § sed istæ inst. eod. tit. de act. Spec. in tit. de caus. possess & prop. §. 1. Nunc tractemus de Publiciana, not. in d. c. Abbate, Bal. in l. 1. C. si plur. vn sent. & in l. 1. in 5. oppos. C. de seru. fug. & cumulari posse, notabiliter dicit isdem Bald. in d. l. 1. C. eod. tit. de seru. fug. vbi dicit ita etiam de consuetudine approbata seruari, & in l. Minor. ff de euict.

1155 Cumulari itidem possunt rei ipsa vẽdicatio, & possessorium per notata in d. §. nihil cõmune, & in c. Pastoralis, de caus. poss. & pp. tradit Alex. cons. 7. vol. 4. Quod & mirabile sibi uideri dicit Ang.
1156 hic vt in possessorio adipiscẽdæ exceptio dominij excludatur, † quę
1157 & in hoc cum rei ipsius vendicatione conuenit, † vt & ipsum peti-
1158 torium iudicium faciat, † in eoq. à sententia lata sicut in petitorio appellari queat. l. eum qui. §. Pretor. ff. de publiciana, Bal. in l. pen. in 2. col. vers. Quæro vtrum publiciana. C. si à non comp. iud. de
1159 publiciana loquor, † quæ datur siue res tradita sit, siue non; dummodo pro tradita habeatur. l. sin autem in princ. vbi Bart. ff. eod. tit.
1160 de publ. licèt ei non detur, † qui propter malam fidẽ superuenientem

tem præſcriptionem cõplere nõ potuit. Bart.in d.§. Prætor,† quæ 1161
& excluditur per habentem poſſeſſionẽ cum titulo bona fide quæſitum idem Bart.in l.ſicut.§.1.ff.eod.tit. † An autẽ ea obſtet in poſſeſſorio retinendæ, plenè Ruin.conſ.28.nu.18.vol.4. conſ.67.n.5. 1162
vol.5.& conſ.127.n.25.eod.vol.4. Rurſus Publiciana datur ẽt pro donatione inter ſponſos.l.cum ſponſus in princ.ff.eod.tit.vbi Bart.
† Non tamen conceditur pro rebus quæ in noſtro commercio non 1163
ſunt, nec eſſe poſſunt, & quæ alienari minimè poſſunt d.l.cũ ſponſus.§.ſi res ratio eſt in promptu,quia cum † cui non conuenit diffinitio, nec diffinitum conuenire debeat. l. omnis diffinitio.ff. de 1164
reg. iur.l.1.ff. de teſtamen. l.1.ff.de dolo, cum innumeris concordantibus, repugnat diffinitioni ipſius Publicianæ,† vt ea detur 1165
ad res, quæ alienari non poſſunt, quæ eſt vt ſit actio alicui competẽs ratione iuris ſibi bona fide quæſiti in re, vel ad rem hominum cõmercio nõ exemptam, nec vſucapi prohibitam, propter vitium traditionis, vel quaſi ſecuta ex cauſa habili ad trãslationẽ dominij cõtra rei reſtituendæ facultatẽ habentẽ ad ſui iuris declarationem; ita ipſam definit Faber,& ante ipſum Petr. de Bellaper.in d. §. ſed iſtæ,refert Iaſ.ibi nu.7. q̃ deſumpſerũt ex tit. ipſo de publiciana in 1166
rẽ actione † ſubmouetẽ tñ per dominij ꝓbationẽ.l.Paulus.ff.eod.tit.

Idem de actione ad exhibendum dicitur, quæ pariter cum rei 1167
ipſius vendicatione cumulari valet.l.3.§.eſt aũt ibi acturus, iuncta gloſſa.ff. ad exhib. & in l.4.in verbo intẽtioni, in §.quãtum.ff.eod. tit.& in l.1.ff.de inter.act.dicit Spec.in tit.de iud.§.vlt.videndũ eſt. Bal.in l.fin. C. eod. Bart. in l. qui de inofficioſo, in uerbo quæritur vtrum.ff.de inoff.teſtam. etenim & in multis conueniunt. Quæ & ratione rei contra ẽt poſſeſſorem in initio litis, vel cõtra dolo poſſidere deſientem datur. l. non ignorabit. C.eod. † quam & contra tabellionẽ de inſtrumento rogatũ ad illud exhibendum dari vult, 1168
Innoc.in c.cum olim, de prob.Bald.in l.pen. in verbo, & adde. C. quemad.teſta.ap.† In qua ẽt iurari poteſt in litẽ ſolo iuramẽto partis, abſque iudicis taxatione intereſſe probato.Bal.in ead. l. pen.in 1169
lect.ordinaria,† & datur vt præfertur ante litis conteſtationem, ad 1170
prępparãdum.Spec.in tit.de act.& pet.§.ſequitur, verſ. ſed nũquid, faciunt etiam tradita in l.1.ff.eod.tit. ad exhib. & qui exuberantius vult videre legat Spec.in tit.de his quod met.cau.fiunt. Dubitatur

num

num cum petitione hęreditatis rectè cumulari ualeat, quæstionem ponit Bald. & resoluit in l.2. num.6.C.de pet.hæred.

1171 Illud & notandũ est, prout & superiùs proposuimus, quod † aduersarij inuicem cõi hoc noĩe appellantur, & tã actorem, q̃ reum conuentũ Iurisconsultus noster hic appellat; nec ab re etenim cum
1172 † aduersarij propriè sint inuicem repugnantes ad instar, ut æquè dicatur, Hospes qui suscipit, quàm qui excipitur, secundum Nasonem Metamorf lib.i.

Non Hospes ab Hospite tutus.

Congruentiori noĩe eos profectò Iurisconf.appellare non poterat,
1173 † & aduersarius ab aduersando hoc est contra eundo dicitur, vt dicunt Grammatici, refertq́. Innoc.in c.cũ inter in prin.ff.de except. Bal.in l.1.in 3.col.vers.ex hoc infero quandam cõclusionem.C.qui
1174 admitti † aduersarij propriè est in iudicio obsistere. l. cum aliquis.
1175 C.de iur.delib.† & aduersarium nostrum facere iudicem dicimus, cum litis decisiuum ei iusiurandum deferrimus.l.1. in princ. ff. rer. amot.l.fin. C. de fideicom.

Et q̃uis propriè ad principales ipsos collitigatores vox hæc re-
1176 feratur, vt † ij propriè aduersarij ad inuicem dicantur, non aũt ad
1177 procuratores tamen & quia † procuratores ipsi Aduocatiq́. parem affectionem in causa habere videntur, & hi aduersarij in causa di-
1178 cuntur.l.1.§.2.ff.de calum.† & qui propterea in causa in qua patrocinium præstiterint ad testimonium perhibẽdum nõ admittuntur, l.fin.ff de test.etiam contra suum clientulum, secundum tamen di-
1179 stinctionem glossæ ibi, † & quoniam ex litibus multoties iurgia, cædes, & capitales inimicitiæ oriuntur factum est, vt aliquando
1180 † aduersarius pro inimico accipiatur, cap. Accedens 2.ut lit. non cont. qui non minus q̃ quiuis alius inimicus uitæ statui, atque ho-
1181 nori sui collitigatoris insidiatur, † Hinc Diabolus aduersarius no-
1. Petr.5. ster dicitur, & antiquus quidem aduersarius, qui semper circuit quærens quem deuoret (vt inquit Apostolus.)

1182 Et cum aduersarij, vt in plurimum quærant nobis bona præripere, qui propterea cautos non faciunt, quo euadamus eorum insidias, in causaq́. sunt multoties multorum nostrorum bonorum, & nolentes multoties bona nobis afferunt, sumpserunt occasionem scriptores ab opere ipsorum aduersariorum nos collaudandi, nam

Scipio

Scipio Africanus referēte,† Maximo dicebat infirmis animis hostem esse securitatem, vnde idoneum tutorem, ac necessarium iudicabat esse terrorem: Et Vgo de S. Victore dicit † aculeos alieni liuoris excitare ad uirtutem: Etenim ut refert Maximus lib.8.de cupiditate gloriæ, cap.15. † Themistocles ille magnus, qui fuit postmodum Athenarum Dux cum visus esset sæpenumero sub porticu pernoctare, interrogatus cur ità ageret, qa Milciadis Trophæa sic me ex somno excitant, respondit † Nec Iacob, qui in suo baculo transiuit Iordanem cũ duabus turnis redijsset ni inuidia fratris sui Esau eum exagitauisset, † Minus Ioseph imperauisset Ægyptijs ni inuidia fratrũ suorũ venundatus fuisset, † Caro nostra nobis acerrimus hostis, & aduersaria existit, quæ quia aduersus spiritum est in causa multoties nostræ damnationis, & multoties ẽt nostræ saluationis, si ei spiritu ac ratione reluctemur, nec si nimus rationi præesse, Et ob id à Deo data nobis est, seu carnis stimulus, ut benè reluctando vitam ęternã possideamus, † Quã nec etiã ab Apostolo auferre uoluit, quo per illam in virtutis actibus exerceretur; & sine quo forsan sospes nõ fuisset (vt inquit Ven.Beda) † Marcet sine aduersario virtus dicebat Seneca, & D. Gregorius † Electorũ desideria cum præ muntur perficiuntur asserebat in moralibus. 1183 1184 1185 1186 1187 1188 1189 1190 1191

Aduersaria in genere neutro dicuntur tumultuariæ illæ tabellæ, quæ ante Codicis confectionem præscribũtur, ne memoria rerum excidat, vt postea tabellæ iustæ, & æternæ fiant, vulgo Diaria dicuntur, de his meminit Cic.in Oratione pro Roscio inquiens, si eandem vim haberent aduersaria, quam tabulæ, quid attinet Codicem instituere? 1192

Illud perorando dicitur, † quod ità odio prosequitur lex mendaciter negantem, vt illico uelit rem q̃ falso quis se possidere negauit, in actorem transferri non admisso ipso reo ad aliquid cõtra id opponendum, suadet verbum illud † trãsferat quod cum Imperatiui modi sit factum Iudicis excludere quodammodo videtur, ut nempè absque tela iudiciaria, & sententia iudicis ipso iure fieri velit, Bal. & Salic. in l.2.q.3.C.de iur.emphit. Faciũt ornatè adducta à Tiraq. in solemni eius repetitione.l.si vnq̃, in verbo, reuertatur fall.69. num.208. C.de reuoc.donat. † Transferre.n.est de vno ad alium locum, de vno ad aliam personã, de vno ad alium ordinem, 1193 1194 1195

ferre

1196 ferre Doct. in rub. de reg.& transf. ad Relig. & de transl.Epis.† Et
1197 transferre est extra, vel ultra ferre,† Translato Sacerdotio, vt & le-
Hebr.7. gis translatio fiat necesse est dicitur, cap.translato de const.† tran-
1198 slato, idest transitu facto, l.1. in princ.ff. de iur. patr. † Translatiuè
omittendum non est, hocest in transitu, & sine inquisitione,& determinatione l.si patroni filius.§.qui fideicommissum.ff. ad Sena-
1199 tusconf.Trebell.† Trans mare,hoc est ultra mare.l.1.ff.de naut.fœn.
1200 *Trans marinæ partes vltra marinæ dicuntur.§.si uero in auth. de
1201 quæst.† Translatis Regiminib. Reipublicæ, hoc est mutatis,& de vno ad alium locum positis, seu de vno ad aliud tempus latis.l.1.
1202 circa fin.ff.de off.Præfe. Prætor. † & transferre presupponit remanere quidem rei translatæ existentiam, sed à loco, uel statu in quo
1203 erat remotam esse. Quintil.lib.1. instit. & lib. 8. ait. † Transfertur nomen, aut uerbum ex eo loco in quo propriū erat, in eum in quo improprium deest, aut translatum proprio melius est: Quod optimè deseruit casui nostro,in quo
1204 † Transferre possessionē fit de persona in qua est,in aliam personam in qua nō est, ferre fuisse, quasi
Iob 10. non essem de utero translatus ad tumulum, Inquit Iob.

1205 Et quod talis sit, uis atque potestas † Imperatiui huius trāsferat vt significet actum ipso iure, absque Iudicis ministerio apparet, quia præcauens Iurisconf. ita intelligi posse, nempè ut tributa censeretur licētia ipsi actori accedendi ad tenutā rei negatæ, etiam propria auctoritate, statim subiecit uerbum illud per Iudicem ad temperandum vim, atque potentiam ipsius Imperatiui, ne si secus fecisset, intelligeretur per illud forsan tributa facultas actori propria auctoritate rem ipsam accipiendi absque alio Iudicis ministe-
1206 rio contra iuris regulam † ne quis sibi ius dicat.l.1.C.ne quis in sua
1207 causa ius dic. non ob id tamen † ut super ea postmodum corā Iudice libellum offerre, uel litem cōtestari oporteret, sed absque alia tela iudiciaria, aditus iudex in odium ipsius negantis eam sibi tradere teneatur Lapus d.alleg.55.coram iudice col.3. vers. sed quæritur, & alleg.64. agebam rei vendicatione, notat gloss.in §.illud, in auth. de trient. & sem.& in rub. ff.de int.act. Bart.in l. nec quicquam.§.ubi Decretum.ff.de offic.Proc.Cæsaris, & in l.4.§.hoc iudicium.ff.de dam.inf. multis rationibus comprobat Rom. d. consil.70.ex regula collecta à Bal. in l. supplicare.C.ut lit. pend. cui &

multas

multas alias addit. Et primo, quia † vbicunque pœna ex aliquo 1208
emergenti in iudicio resultat ad illam committendam libellus aliquis, aut litis contestatio nunq̃ requiritur, allegat eundem Bal. ita arguentem in l.1. in 4. colum. C. de iud. adiungit Bart. in l. si quis reum in fine. ff. de cust. reor.

Secundò quod cũ pœna hæc imponatur ex his, quæ iudici con- 1209
stãt ex probationibus factis per actorem, secũdum praxim Angeli superius enarratã dixisset, † ex sola rei conuẽti negatione, absque 1210
vlteriori probatione quod fuerit mentitus, in eum trãsfertur possessio, ex quibus notorium resultat Innoc. in cap. ex insinuatione de appell. † clarum est in notorijs iuris ordinem non seruari, nec 1211
requiri, cap. ad nostram de iureiur. qui seruaretur si libellum dari, & super ipso contestari litem oporteret, † quę de solemnitate ordi- 1212
nis iudiciarij sunt Doct. in clem. sæpe, de uerb. sign. Maranta in suo Aureo Speculo, 9. distinctione.

Ego addo quod si post probationes factas super negatiua rei conuenti ad effectum prędictum cogeretur actor dare libellum, cogeretur etiam litem contestari, Ias. in d. §. omnium, num. 89. & denuo lite ipsa contestata examinare ipsos testes, cum non alias probarent per regulam, Totius tituli † vt lite non contestata non pro- 1213
cedatur ad testium receptionem, & quod testes nõ recipiantur, sicque destrueretur praxis istius legis, ac communis obseruantia, tradita hic per Angelum.

Veruntamen occasione dictorum uerborum per Iudicem summunt occasionem Iuris ciuilis interpretes quęrendi quod nam sit, hoc officium Iudicis † An nobile, uel mercenarium; Non nobile, 1214
quia illud præstat nulli deseruiens actioni, Bart. in l. 1. num 12. ff. de iurisd. omn. iud. gloss. in §. Præterea, & ibidem etiam Ias. inst. de act. & in l. 4. C. de p. At in præsenti remedio, non nisi imploratum Iudex officium ipsum impartitur, ut patet merito. † Non mercena- 1215
rium quia illud idem est cum actione, vbi ibidem dicunt Bart. & Ias. igitur huiusmodi uerbum seruiret hic de uento, non loquor de aduersario quod sub illis compræhenditur.

Ast ego censeo sic dictum per Iudicem nõ ad excludendum ius actionis, sed ad ostendendum quod translatio hæc nõ propria auctoritate, sed ope ac Iudicis ministerio fiat, põderando aduerbium

 illud,

1216 illud,† Per, quod præpositum uerbo illi Iudicem, causam ministerialem significat, ut si dico per procuratorem significo ministerio procuratoris. Bald. in l. exarrati. C. de act. empt. & in rubr. C. de exer. actione, & in rubr. Inst. per quas pers. nob. acquir. vbi & Rim. vt cum dico per meos amicos obtinui, intelligo mediantibus meis amicis, seu amicorum ministerio; vnde Plin. Iun. epist. lib. 5. ait, Auunculus meus idemq. per adoptionem pater ad quod, & deseruit illud Maronis Æneid. 4.

Per te qui te talem genuere parentes.

1217 Etenim dictio † per perfectionem etiam significat Bald. in rubr. de exercitoria. act. l. 3. §. fin. ff. de arbitr. Idem Bald. in l. quinquaginta, ff. de excus. tut. l. 3. ff. de offic. præfec. vig. cap. veniens de sponsalib. & per nox dicitur Luna, quę per totam noctem lucet, & erat per-

1218 noctans in oratione Dei de Christo dicitur, Vnde * Pernoctare est per totam noctem manere. l. Vrbana. §. pernoctare. ff. de uerb. sign. Bart. in l. illud. ff. de offic. Præsidis, qui meretricem amaret, & pernoctaret foris, inquit Terent. in lib. Eun. propter inopiam tecti in foro pernoctãs, dicit Cic. pro domo sua, Per & aliquãdo stat augumentatiuè, & pro maximè, vt per quã bonus hoc est ualde bonus, per quam necessarium, hoc est multũ necessarium. l. 1. ff. de procur.

1219 * Canis peruigil Cerberus ille inferorum custos dicitur, eo quod

1220 (vt fabulãtur Poetæ) semper vigilet ibi ad custodiam; † Custodia peruigil quæ per totam noctem fit, Ignis peruigil dicebatur, qui imperij perennitatem designans à Virginibus vestalibus in arce

1221 Tarpeia perpetuò seruabatur, † Draco peruigil dicebatur, qui Colchis ad custodiam Aurei velleris persistebat. Quem postea Iason Argonautarum pulcherrimus Medeæ Colchorũ Regis filiæ puellæ venustissimæ artibus adiutus sopiuit aureum vellus inde auferendo, & in patriam adducendo, & de quo Ouid. Heroid. Epist. 12.

Ante meos oculos peruigil Anguis erat.

& alibi.

Peruigilem spolium pecudis seruasse Draconem.

1222 Et Metamorph. lib. 7.

Rursus & qui custos Hesperidum aurea poma.

Ibi existentia vigilantissimè custodiebat; quem & Hercules interfecit, & poma ipsa aurea ad Victricum Eurysteum pertulit, & de quo

quo Iuuenalis Sat. 14. ait.

Hesperidum Serpens, aut potiticus;

¶ Et peruigilium apud antiquos dicebatur, quod nos in sacro nostro ritu vigilias appellamus, eo quod per totam noctem vigilabatur; Erant nanque apud antiquos nocturna sacra, quæ potissimùm in Templis Isidis, & Esculapij fiebant; verum quoniam nulla est tam casta religio, q̃ hominum libido, atque impudicitia non contaminauerit, si & adsint latebrę, & pudor absit, * vt de Clodio adolescentum nequissimo, qui & tres eius sorores nefario incęstu polluit, & occasione sacrorũ nocturnorum quæ fiebant in templo bonæ Deæ, amictu muliebri indutus vxorem Cæsaris (vt fama est) vitiauit, * Hoc considerans Romulus priscis illis temporibus ad euitandum hoc malum noluit in templis locum esse latendi, ne lustra, & lupanaria magis q̃ templa fierent, & vetuit tandem suis legibus, nocturnas in templo vigilias haberi lege. 8. Nocturnas in templo vigilias ne habento: Licèt & postmodum posterioribus temporibus, nocturnæ ipsæ peruigilationes virorum, & mulierum in templis redierint; teste Macrobio Saturn. lib. 1. c. 3. & vsque ad tpa ipsius Clodij; & aliquandiu etiam apud Christianos, vsque ad Tertullianum, sed cum etiam apud Christianos, qui summa puritate eas exercebant, non semper fuerint castæ, & perditorum hominum nefarijs factis contaminarentur, Conciliorum Decretis, vetitæ fuerunt, & loco ipsarum indicta fuerunt † Ieiunia, quæ Ecclesiæ ieiunia dicuntur, & quæ nihilominus vigiliarum nomen retinuerunt, vsque modoque retinent, ex Elibertino Conc. & apud Durandum in suo Rationali Diuinorum lib. 5. sub rub. de Ieiunijs, hac tamen differẽtiam vt peruigilium illud Ethnicorum erat congressus virorum, & mulierum ad ludos, & commessationes, & impudicitias; nostræ autẽ, & Clericorum ad Orationes, & pias Deo immortali precationnes, cap. Nosce. 86. dist. * Licet & aliquando apud Ethnicos nocturna ipsa sacra casta seruarentur, vt ea quæ fiebant in ęde Cereris, in quibus nedum nefas erat turpiter cõmisceri, verum mulieres illuc peruigilaturæ ea nocte cum viro concumbere refugiebant, & apud ipsos etiã graue piaculum erat, & vsque adeo omni tempore prohibita erat carnis cõmixtio in sacris templis, † vt cum Hippomenes cursu velocissimus tribus illis aureis

Margin numbers: 1223 (beside "¶ Et peruigilium"), 1224 (beside "taminauerit... vt de Clodio ado-"), 1225 (beside "vitiauit, * Hoc considerans"), 1226 (beside "vetitæ fuerunt ... Ieiunia"), 1227 (beside "immortali precationnes ... Licet"), 1228 (beside "plis, † vt cum Hippomenes").

omis sibi à Venere datis, Athalantam in cursu vicisset, eaq. posi-
ıs fuisset, quia in templo Bonæ Deæ, nulla numinis reuerentia
habita cum ea coiuit, alter in Leonem, altera in Leęnam conuersi
1229 fuerunt vt asserunt, * Et in nostra munda, ac verè immaculata
religione sacra Templa sanguine atque humano semine polluun-
tur, ita ut sacra ibi facere, nisi sacris ritibus ac ceræmonijs recon-
ciliata fuerit, haud liceat sub pœna exitialis peccati, ita ea pol-
1230 luentibus, c.fin.de consecr. Eccl.vel alt. vbi gloss. † Erant & apud
Lacedæmonios nocturna sacra, quæ Hyacinthia dicebãtur (vt re-
fert D. Hieronymus ad Iouin.) in honorem Hyacinthi pueri ab
Apolline quem perditè adamabat, Disc.ictu interempti de quibus
testatur Ouidius Metamorf.lib.10.

Nec genuive pudet Sparten, Hyacinthon, honorq;
Durat in hoc aui, celebranda more priorum,
Aunua prælata redeunt Hyacinthia Pompa.

Et isthæc quidem celebrabantur ludis turpibus, ac commessatio-
nibus ad quæ conueniebant viri,& mulieres, atque innuptæ puel-
1231 læ,quod dedit occasionem †Aristomeni Messenio viro iustissimo,
(vt ibidem scribit idem D. Hieronymus) congregata manu iuue-
num, rapiendi de choris ludentium duodecim virgines, qui cum
ipsis tota nocte gradu concitato fugiens, excessit de finibus Spar-
tanorum, & cum eius Comites vellent eas uiolare; monuit quan-
tum potuit ne hoc facerent, & ad extremum quosdam non parẽtes
interfecit, cæteris metu coercitis. Redemptæ postea à Cognatis
puellæ cum Aristomenem viderent cædis reum fieri; tãdiu ad pa-
triam non sunt reuersæ, quamdiu iudicum aduolutæ genibus de-
1232 fensorem pudicitiæ cernerent absolutum. † Hic dux tantæ calliditatis fuit, ut sæpe Lacedęmonios deciperet, quorum sępe Vrbem
ingressus est, & aliquando captus, & in vincula coniectus, calliditate sua aufugit, quod cum semel, atque iterum fecisset, tãdem occisus est à Lacedęmonijs, & execto corpore inuentum est cor eius
pilosum fuisse.

1233 *Peractus dies, hoc est perfectè actus.l.3.de oper.lib. Peragant
vno anno pane, & aqua, hoc est isto modo pœniteant, & annum
compleant,dicit Summus Pont.in c.vlt.de his qui fil.occ. Percun-
ctari hoc est diligenter cunctari, & inspicere, cap. Vltra de test.

Plura

Plura de propositione ista Per. videri possunt apud Arch. in c.cum contumaciam, de hęret.in 6. Bart.in l.Celsus, & in l.Illud ff.de offic.Præsid.Per ętatem, pro permittente ętate ponitur; Per id tempus, hoc est pendente tempore.

Per Iudicem itaque Iurisconsultus dicit Actor transferat ad se possessionem, hoc est ministerio Iudicis ad excludendum, ne propria auctoritate id faciat. Quandoquidem iure constitutum est
†Ne quis in sua causa iudicet d.titulo.C.ne quis in sua cau.iud.vbi 1234
Imperator sic fatur † in re propria iniquum admodum esse alicui 1235
tribuere ius sententiæ, * Quod non conceditur nisi supremo Prin- 1236
cipi, vel iura supremi Principis in suo principatu, ac dominio habenti.l proximè.ff.de his quæ in test. del.l.ex hoc Tiberius de hæred. instit.
† ob summam rectitudinem, quæ in ea pręsumitur ob 1237
quam etiam † in crimine læsæ maiestatis contra etiam eius perso- 1238
nam & statum commissum,uel cui ipse suas vices duxerit delegandas iudicare concessum est, Boss.in tit.de crim. læsæ maiest. nu.52.
Gigas eodem tract. quęst. nu. . . . Boss. ibi extendit † hanc facul- 1239
tatem ad magnos Duces Italiæ, qui cum habeant iura Imperij, & supremi Principis in eorum Ducatibus plenitudineq. potestatis corruscent, possunt in illis omnia quæ potest Imperator in vniuerso Imperio, & Ias.in l.ex hoc iure, num.25.ff. de iust. & iur. exemplificat in Duce Mediolani Alber.de Ros. in l.Imperium.ff.de iure
omn.iud. Ang.in l.hoc autem.ff.de ser.verb. Pręd. † & reuocare in 1240
dubium hanc potestatem esset reuangare mundum, inquit Boss.ibi allegans Bald.in cons.223. refert Corn.cons.200. col.1. tradit, & Iacob. de S.Georgio in tract. feud. fol.1.col.1. Neque enim dubitandum est, quin isthæc potestas competat cunctis alijs magnis
Ducibus Italię, † qui ad instar Regum sunt, & diminutiuè à Rege 1241
Reguli appellantur, Celsitudinis titulo fulgent,nectunt Coronam
Regis, & sub Thensis sedent; pręsuntq. populis multis, † etiam 1242
Primæ magnitudinis, & ius sceptri habent, nec in quoquam alio à Summis Regibus, nisi in dominij amplitudine, atque vnctione differũt, Regulus etiam dicitur quem nos basiliscum appellamus.
Sed iuxta prędicta quęro, Num facta translatione prędicta, sal- 1243
uum remaneat quicquam ipsi reo cõuento aduersus actorem super ipsa re,& an irrecuperabiliter fiat isthęc quidem trãslatio,& quicquam

quam

quam nō remanere, nec ipsius possessionis recuperationem admit-
ti, sed actorem ipsum plenarium Dominum effici eo dicendum vi-
1244 detur, † quia cum rei uendicatio contra iustè possidentem non de-
tur, Soc.iun.in d.§.Nihil, num. 146. iam actor in quem translata
1245 est per prædicta ipsa possessio, iustus possessor effectus est; etenim †
iustè possidet qui auctore Iudice possidet. l.iustè possidet.ff. de acq.
possess. Vnde vlterius contra eum ad recuperandum ipsam posses-
sionem actio danda non est. Alioquin lex seu praxis, quæ tali re-
medio lites tolli vult, nouas lites sereret, perniciosiorq. priore su-
1246 per ea re iuris controuersia institueretur; Quinetiam cum † Actor
qui in odium negantis rei possessionē nactus est, verusq. possessor
1247 effectus est, & tutus rei iudicatæ auctoritate redditus est, † quæ pro
veritate habetur.l. res iudicata.ff. de reg.iur. nouam molestiam su-
per ea pati cogeretur, quod cōtra legum sanctionem esset, quæ vo-
1248 lunt † actum semel extinctum numquam reuisci.l.in area.ff. de so-
lut. & à priuatione ad habitum non datur regressus. vt inquit Phi-
losophus. Atqui contrarium in casu nostro determināt Doctores,
1249 vt nempè nihilominus, † saluum remaneat ius reo cōuento agen-
di super ipsa proprietate, qui postmodum docere potest de titulo
ipsius possessionis, & uti titulatus possessor actorem ipsum repelle-
1250 re, tanquam huiusce legis † remedium, non dominum, sed posses-
sorem dumtaxat actorem ipsum faciat reusq. propter translatio-
1251 nem prædictam, * & in pœnam suæ mendacis negationis fiat de
possessore petitor: Rursus & actor de petitore possessor Etenim licet
1252 natura verbi illius † trāsferat sit inducere actus perfectionem con-
1253 summationemque † translatus namque dicitur cum quis confir-
matus est, & possessionē adeptus.c.si quis iam translatus, vbi glos-
1254 sa 21.q.2. vbi ex mente Calcedonensis Concilij dicitur † Si quis
iam translatus est ab alia Ecclesia ad aliam nihil habebit commu-
ne, cum priori Ecclesia facit & text. in c.1.de translat. Episc. An-
gelus hic. Afflict. d.decis.18. in fine qui dicit in facti contingentia
per sacrum Consilium Parthenopeum propter rei conuenti men-
dacium in actorem translatam fuisse possessionem, saluo iure pro-
1255 prietatis, Surd.d.consi.214. * & ex rei vēdicationis iudicio in pos-
sessorium adipiscēdæ fuisse cōuersum: Faciunt & tradita ab Andr.
Sic. in c.pen.de iure cal. dicit & Bart.in hac lege nostra, Pract.Pa-
piens.

pienf. in forma inter fact. circa princ. Auffrer. in addit. ad Capel. Tholof. decif. 167. circa fin. † in hocque prærogatur actor, ut non 1256
amplius agere cogatur, fed vices rei conuenti fuftineat, & quod ei prius incumbebat nempè probare fe dominū onus illud probandi in ipfum reum tranftulerit, intelligendo tamen vt in probatione dominij reus à quo fuit translata poffeffio dominium ipfum, vel quafi quoquomodo, vel per fe, vel per auctores fuos quęfitum probare valeat: Non obftant prædicta, & primò, quod cum iuftè poffideat qui auctore Prętore poffidet qui iuftè poffidet fuper re quam poffidet inquietare non debet. Quoniam refpōdetur iuftè quidem eum poffidere, & fuper poffeffione non effe inquietandum, fed vt dictum eft ius dominij faluum remanet ipfi reo, quod fublatū non cenfetur; Minus obftat confideratio verbi ipfius transferat, cuius eft denotare actus confummationem; Quoniam & huic ex fupradictis fufficiens patet refponfio, faciunt notata à Galeotto in fua Margherita, cap. 14. num. 17.

Sed † quia nulla res eft tàm clara, quæ follicitam dubitationem 1257
non patiatur. §. fi verò indignis, verf. & non fingunt in auth. de tabell. illud in dubium reuocandum duxi; num exceptio dominij aliquo pacto translationem quæ fit huiufce legis remedio, feu ex noua praxi introducta ab Angelo impediri ualeat, & impediri non poffe, verba textus clara videntur quæ habent, vt fi poffit aduerfarius conuincere rem ab aduerfario poffideri transferat ad fe poffeffionem, etiam fi fuam effe non adprobauerit; igitur fi abfque vlteriori dominij probatione nancifcitur Actor poffeffionem ex fola rei conuenti negatione, quæ appareat mendaciter facta, nulla probatio dominij per ipfum Actorem, quę etiam incōtinenti fieri offeratur impedire poteft hanc translationem, alioquin fuperuacanea effet hæc difpofitio, quæ nihilominus dominij exceptione fubmoueri poffet, † & iuris difpofitio eluforia effe nō debet. l. fi. 1258
ff. de quid. in loc. pub. l. fi Prętor. ff. de iudic. Verum & in hoc fupradicta coarctationem recipiunt, ut nempè † dominij exceptio tran- 1259
slationem hanc fi ita euidens, & manifefta fit, quod illico intentionem ipfius negantis elidat hanc impedire valeat, Cuccus d. tracta. de ment. circ. poffeff. num. 229. verf. nonnumquam rationem allegat, quia cum ideo repellatur agens, poftquam fua negatione ami-

fit.

sit possessionem volens incontinenti de dominio probare, quia de
1260 eo adhuc non constat, † licèt incontinenti doctūrum polliceatur, constare de aliquo facto est plusquàm incontinenti velle probare quod non censetur exclusum, & in his terminis reperio consuluisse eundem Surd. consil. 224. volum. 2. ubi asserit, quod sicuti notoria dominij exceptio reintegrationē ad spoliati fauorem fieri impedit, Innoc. in cap. cum Ecclesia Sutrina, & ibidem etiam Pan. num. 26. eodem tit. de caus. possess. & propt. Lancell. in tract. attent. par. 3. cap. 24. Contardus in l. vnica, q. 10. num. 13. C. si de moment. possess. fuer. cont. Ita isthæc probatio: Exemplum ponūt,
1261 & casum dant, † Si qui nixus fuisset ab initio instrumento ad adipiscendum ipsam possessionem, & facto pręparatorio reus negauerit. Vndè actor in odium ipsius negantis possessionem ad se transferre obtinuisset, Si actor illico aliud instrumentum ei cōtrarium ostendere poterit, Vt puta si actor nitatur testamēto, & reus ostendere poterit aliud posterius æquè rite factum testamentum, quod
1262 ab actore productum respicit, † etenim hic est modus constandi de dominio ipsius rei conuenti, talis exceptio impedit translationem hanc fieri.

Duo adhuc pro resolutione pręsentis materiæ in disceptatione ponenda, & resoluenda veniunt, Et erit finis huic nostræ commeritationi, quia ut tādem receptui canamus tempus est, Primum num huiusce legis pœna locum habeat æquè contra negantem se possidere, ac contra illum qui non negauit quidem, sed contumax in respondendo fuit, itaut pro confesso, uel negante ad maius commodum ipsius interrogantis habitus fuerit; Secundò num ille qui non præmisit quidem hoc præparatorium, sed lite iam contestata dedit positiones super ipsa possessione, & reus conuentus ipsas negauit, num actor conuicto reo de mendacio hoc remedio iuuetur, vt ualeat petere se mitti in possessionem rei negatæ.

1263 Circa primum reperio Franciscum Marcium tenere remedium huius legis non habere locum in contumacibus pro negantibus, vel confessis pronunciatis, talis eius opinio habetur in eius decis. Delphinatus 305. tuetur ex celebri doctrina Bald. in l. 1. num. 83. C. de confess. qui & allegat Ioann. Monac. in cap. 1. eodem tit. in 6.
1264 Vbi constituendo differentiam † inter interrogationes quæ fiunt

ante

ante litis contestationem, & positiones dicit, quod cum † positio 1265
nes fiant de iure actoris, † Et quidem regulariter post litis conte- 1266
stationem. l. in speciali. ff. hoc eodem titulo nostro, † Expedit acto- 1267
ris reum contumacem haberi pro confesso, vel negante, † Quia 1268
actor ob id ab onere probandi releuatur vtique reus conuentus de-
bet haberi pro confesso, vel negante ad maius commodus ipsius
actoris, cuius interest releuari ab onere probandi, non autem sic
in huiusmodi pręparatorijs interrogationibus in quibus cum † in- 1269
terrogationes huiusmodi fiant ad pręparandum iudicium, & sic de
iure ipsius rei conuenti, à quo certificari quęrit actor an possideat.
Exemplificando in interrogatorio an sit hæres, vel possideat.
* Expedit actori magis reum haberi pro negante, quàm pro con- 1270
fitente, ex quo postmodum si probabitur ipsum fuisse mentitum,
erit locus contra ipsum pœnæ huiusce legis. Verum contrarium
de iure uerius videtur, & contra ij ratio ex infrascriptis colli-
gitur, quia cum † fictio ita operetur in casu ficto, sicut veritas in 1271
casu uero. Bald. in l. si is qui pro emptore, num. 29. cum seq. ff. de
vsucap. † Contumax in respondendo pro præsenti habetur, Bald. 1272
in auth. Quia in prouincia in fine per illum tex. C. vbi de crim. ag.
op. & in l. cum fratrem. C. de his quib. vt ind. & contumacia re-
pletur Dei præsentia. l. properādum. §. cum autem supra. C. de iud.
c. vnico de eo qui mitt. in poss. cau. rei. ser. in 6. sicuti si secus ne-
garet, mittetur actor illico in possessionem, ita si fuerit reus contu-
max in respondendo, † qui propterea pro negante habetur immit- 1273
ti debet, Et ita uidetur teneri à Rom. singul. 400. quando reus &
isthæc quidem opinio fulcitur text. in l. de ętate. §. qui tacuit, de
inter. act. & in cap. 1. de conf. in 6. & l. quando. ff. de acquir. hęred.
verba tex. d. §. qui tacuit sunt hęc, Qui tacuit quoque apud Pręto-
rem in ea causa est, vt instituta actione insolidū conueniatur, quasi
negauerit se hęredem, nisi pro substētatione opinionis, Marci vel-
lemus dicere, pœnam illam quàm patitur reus non comparendo,
† vel si comparuit non respondendo esse ratione contemptus Iudi- 1274
cis, qui contemnitur non comparendo, vel nil respondendo, ut di-
cit gloss. ibi & habetur in l. debuit. ff. de his qui not. inf. ad pœnam
quam patitur † Reus negando se possidere, non est ratione con- 1275
temptus iudicis, sed ratione deceptionis partis, † & pœna transla- 1276

1277 tionis istius est in odium ipsius decipientis partis; † Vnde de vno ad aliud non rectè infertur, pro quo videtur facere text. legis, Si filius ibi subsequentis. ff. eodem tit. de int. act. Ergo solam contumaciam non sufficere ad hoc, vt huic pœnæ sit locus dicẽdum est,
1278 facere videntur tradita à Rol. consf. 558. volum. 2. Quia ex † eo solum quod quis interrogatus contumax est, in respondendo negare
1279 non dicitur ad effectum prædictum, quia † vt negans puniri possit hac pœna oportet, vt falso negauerit (ut dictũ est) nec potest cen-
1280 seri falsum negauisse, qui tacet † cum mendacium sit falsa vox
1281 cum intentione fallendi, * Et vox loquelam requirit, nec taciturnitas
1282 sufficit Etenim † Vox dicitur sonus quę ab ore animalis pro-
1283 fertur, vt inquit Philosophus in 2. de Anima. * Quæ an sit corpus disputant Philosophi, nam si esset accidens, de subiecto in subiectum non migraret. l. quis ergo casus. ff. de pec. fact. & illud quod superius dicebamus, quia cum interrogans non fateatur, nec contumax in respondendo fateri dicitur, Bald. in l. sicut. C. de repud. hęred. & vbi habeatur pro confesso, declarat Vbert. de Bobu. in tracta. de posit. n. vlt. vendicare sibi locum in tacente extra Iudic.

Circa secundum negans ad positiones se possidere non dicitur incurrisse hanc pœnam in cuius odium propterea de eo in actorem rei negatę possessio transferenda non est, prout dicit Auffrerius in addit. ad Capell. Tholos. d. decis. 167. contrarium dicit Beninten. decis. 84. vbi arguendo ad partes asserit, quod licet actor ponendo reum possidere, ita fassus fuerit reum conuentum esse in rei possessione, itaut pretextu quòd reus negauerit ipsam possessionem, ipsa negatione iuuari non ualeat ad effectum prędictum, tanquàm
1284 esset periurus, † Et turpitudinem suam allegare uideretur, tamen non ob id fit, quominus actor ipsa negatione niti ualeat, ut asse-
1285 quatur ipsam possessionem, † Quia iam actor acceptando negationem recedit à sua petitione, & petit se immitti in rei possessionem tanquàm rei non intersit, ex quo negauit se possidere ex doctrina Ang. hic, At ego inhęreo contrarię opinioni, nam iam dixi facto solo aduersarij possessionem, alteri non quęri.

LAVS DEO.

TABVLA PARTICVLARIVM QVAESTIONVM,

Quæ in hoc Parthenio continentur:

Ad faciliorem materiarum inuentionem, bono ordine digesta, & sub duplici numero, & Marginis, & Paginæ posita.

Notabilia particularia in generali Indice, qui subsequetur apparebunt.

A.

Hære-

H.

Multa

Qua-

Q.

FINIS.



INDEX
RERVM, AC VERBORVM
Quæ in hoc Opere continentur,
ORDINE ALPHABETICO POSITORVM,
QVORVM PRIOR NVMERVS MARGINEM, secundus paginam signat:

Tanta cura, fide, ac diligentia concinnatus, ut omnia primo obtutu palàm faciat.

Bb Actor

Ee 2. Aristo-

Caſſius

quis

C R

D A

D E

Faci-

F A

F E

F I

Hypo-

Quod

L A

L E

Lex

Mali-

Men-

Negans

nostrum

Paulus.

P E

P H I

P L

Pluri-

PV

Publi-

QVA

QVI

R A

R E

S A

S C

Statu-

veri-

Veri-

INDEX.

FINIS.

Ego Gaspar Leualorius Ecclesiæ Ferrariensis Canonicus Theologus, vniuersum hunc Commentarium in l. finalem. ff. de rei vindicatione, attentè legi, & nihil in eo mihi occurrit, quod Christianę, Catholicæq. Fidei, siue bonis moribus aduersetur. Quamobrem dignum iudico, quod in conspectum, & lucem hominum veniat. Ex Aedibus nostris die 26. Octobris, Anni 1607.

Idem Gaspar Leualorius Canon. qui sup.

Librum hunc inscriptum in Legem Finalem. ff. de rei vindicatione, Excellentissimi D. Ioannis Ordelaphi Iurisconsulti Pisaurensis; Fateor nihil contra Fidem Catholicam, bonosq. mores continere, ac me illum de mandato Admodum R. P. Inquisitoris Ferrariæ vidisse, & legisse. Quamobrem existimo posse imprimi. In quorum fidem me subscripsi die 30. Men. Octob. 1607.

Fr. Orantes Ferrariensis Theologus Ord. Seruorum.

Imprimatur

F. Io: Baptista Scarella Inq. Ferrariæ.
D. Campius Vic. Gen.

Errata sic corrigenda. P. Paginam. l. Lineam. n. Numerum. ad. Adijciatur. sup. Superfluit, significantibus.

Pag. 2. lin. 9. nu. 2. habeat, Legatur, abeat. P. 3. l. 15. n. 18. Ioan. 52. Ioan. 22. P. 5. l. 5. n. 25. dictu, dicatur.
P. ead. l. 9. n. 26. vnde Notarius, inde Neratius. l. 12. n. eod. labia, laua. l. 12. fiat, fias. P. 7. l. 13. n. 34. trades,
trudens. l. 21. nu. 36. ecclesia, calumnia. l. 24. n. 38. persicacibus, pernicacibus. p. 8. l. 3. n. 40. Quæ sup.
l. 4. eod. n. illum, illud. l. 6. n. eod. solertorum, solerte. l. 10. n. 41. datisfaciat, patefaciat. l. 28. n. 46. adijcia-
tur, C. de lib. præt. l. 33. n. eod. qui, quæ. p. 16. l. 22. n. 104. donari, damnari. p. 22. l. 8. n. 128. eas, ea. p. 25.
l. 6. n. 141. desflectent, desflectens. p. 26. l. 22. n. 145. negatam, negatæ. p. 32. l. 17. n. 179. præscriptos, pro-
scriptos. p. 36. l. 1. n. 187. ius, uis. l. 11. n. 188. nil, ibi sup. l. 23. n. 189. abnegât, abnegat. p. 44. l. 1. n. 203.
sumptarum, suprascriptarum. l. 14. n. 205. præpositam vero & postpositam, præposita vero & postpo-
sita. p. 45. l. 25. n. 210. hallucinatur, allucinatur. p. 46. l. 1. n. eod. sumptæ, suprascriptæ. p. 47. l. 9. n. 219.
prępoſita, postposita. l. 26. n. 222. expertus, experta. p. 50. l. 17. nu. 236. solliciti, securi. p. 52. l. 16. n. 250.
apta ipsa. p. 57. l. 3. n. 254. dicitur, ibi sup. l. 27. eod. n. cognoscere, cognosco. p. 58. l. 31. n. 288. nomi-
ne, nomini. l. 32. n. eod. Cescus, Castrus. p. 66. l. 25. n. 328. vt, &. p. 67. l. 27. n. 337. habitabat, habebat.
l. vlt. n. 338. secunda non expungatur quia. sup. p. 72. l. 12. n. 340. quia, cum. p. 74. l. 1. n. 387. indicare,
iudicat. p. 68. l. 5. n. 339. hommagia, cunnagia. l. 5. n. 437. in, ita. p. 79. l. 5. n. 411. distinguitur, dist in-
guit. p. 82. l. 5. n. 426. bono, bonus. p. 84. l. 1. n. 441. primum, non ibi sup. expungatur. l. 17. n. 443. im-
possibile, impossibili. p. 85. l. 9. n. 447. sermonem, sermone. l. 13. Cace. Caci. l. 16. n. eod. Horatium, Oui-
dium. l. 30. n. 449. vane, vafrè. p. 92. l. 26. n. 477. scientes sciebant. p. 93. l. 25. n. 481. emicet, emicetur.
p. 94. l. 7. n. 483. panescunt, passi sunt. q. 95. l. 17. n. 492. mendacio, mendacijs. p. 96. l. 14. n. 502. conci-
uem, conuictam. p. 97. l. 11. n. 510. possidere, possideret. l. 16. n. 511. iustum, iustos. l. pen. n. 518. exequi,
exequias. p. 98. l. 31. n. 521. non indigentê, non indigere. p. 99. l. 4. n. 528. videmus, vidimus. p. 100. l. 32.
n. 544. verbû, verbis. p. 102. l. 4. n. 547. nequit ibi primum sup. p. 102. l. 6. n. 553. quoque, quod. p. 104.
l. 1. n. 563. omnium, omnibus. l. 9. filius, filios. l. 19. n. 159. veras, vers. l. 7. n. 558. etiam, &. p. 105. l. 2.
n. 570. exercitus, exercitus. l. 28. n. 574. Socrates, Isocrates. l. 31. n. eod. qualem, qualis. l. 33. n. 574.
Mutius, melius. p. 106. l. 31. n. 581. in te. p. 108. l. 5. at, ac. p. 109. l. 34. n. 607. ponatur ibi num. Decis.
Osasci alleg. nempe 66. p. 111. l. 2. n. 611. Barbatius, Barbarius. l. 14. n. 613. includat, includit. p. 112. l. 7.
n. 620. inficiar, inficit. l. 10. n. 622. Aristobano, Aristobolo. l. 19. n. 623. linguam, manum. p. 114. l. 2.
n. 639. vti virgis, vri virgis. p. 113. l. 31. n. 634. vt, &. p. 115. l. 18. n. 645. peccatoris, pectoris. p. 116.
l. 21. n. 654. circuens, circuens. l. vlt. hæc, &. p. 117. l. 3. n. 656. haberet, habens. l. 24. n. 662. iuramen-
to, fucamento. l. 31. n. n. 663. § Actionum n. .. omnium n. 96. p. 119. l. 4. nu. 667. includat, includit.
l. 22. nu. 672. confessionibus, responsionibus. p. 122. l. 33. nu. 686. inspicimus, inspiciamus. p. 124. l. 5.
n. 696. abnegatio, abnegatiua. p. 126. l. 15. n. 711. improbet, impedit. p. 128. l. 15. n. 724. vel, ve. p. 129.
l. 33. n. 741. ex, de. p. 131. l. 13. n. 754. inter conuentus, & negare. ad. apte. l. 23. n. 758. cohærentiam, co-
hærentiarum. p. 134. l. 4. n. 767. valet, valeat. p. 137. l. 18. n. 776. occidi, occidisse. l. 28. n. 779. confiteri,
negare. p. 140. l. 2. n. 790. indiuidua, diuidua. l. 18. n. 797. habeo, labeo. p. 143. l. 27. n. 820. paginam, pa-
ctum. l. 29. n. 822. quæ, quod. p. 147. l. 28. n. 824. Osascus decis. 178. 176. & l. 34. decis. 183. decis. 176.
p. 148. l. 8. n. 825. primum sit, ibi sup. l. 15. eod. n. quam, quas. p. 149. l. 6. nu. 829. cum loco, loci causa.
p. 150. l. 11. n. 832. furando, mentiendo. l. 30. n. 834. num, ibi vlt. sup. p. 152. l. 4. contextû, contextum.
l. 32. eod. n. vbique, vtique. p. 156. l. 22. ipsam possessionem, ipsa possessione. p. 158. l. 25. n. 855. præ-
dictæ, prædicta. p. 159. l. 1. n. 856. veut, velit. p. 160. l. 34. n. 872. per, pro. p. 163. l. 2. n. 881. dispuatio-
ne, dispositioni. l. 19. n. 884. eo, non. p. 164. l. 31. nu. 897. probatione, prolatione. p. 166. l. 25. nu. 909.
preparatorij, preparatorium. p. 167. l. 35. n. 912. per, pro. p. 169. l. 29. n. 921. fine, si vi. p. 171. l. 1. n. 936.
diem, viam. l. 28. n. 938. habens, habet. p. 172. l. 16. n. 940. ibi Plot. de in lit. iur. §. ad 37. n. 6. p. 174. l. 30.
n. 956. locupletur, locupletatus fuerit. l. 31. tandem, tantundem. p. 175. l. 6. n. 958. at, aut. rursus ibi pos-
sessorem, possessor. l. 9. facere, facit. p. 176. l. 15. n. 962. vendicare, vindicari. l. vlt. cap. Cod. p. 177. l. 27.
n. 972. iudici, iudicij. l. pen. conuincere, conuenire. p. 178. l. 28. n. 984. propesſio, perpessio. l. 33. reme-
menti, rementem. p. 179. l. 6. n. 988. fil. lib. p. 180. l. 7. n. 1002. hasta, hastam. p. 184. l. 2. n. 1044. Cæsaris,
Cæsares. l. 6. veritate, leueritate. l. 22. debet, debent. p. 202. l. 9. n. 1216. post verba illa parte, ad. pro
qua te. p. 185. l. 9. n. 1057. acquisitæ, acquisita. l. 10. prosequatur, persequatur, & vbi ibid. prosecutus,
persequutus. l. 22. de, ex. l. 22. in Arsengo, in Arrengo. l. vlt. cap. Cod. p. 186. l. 8. n. 1063. concomitan-
tias, concomitantias. p. 188. l. 32. n. 1090. auctissimæ, acutissimæ. p. 190. l. 10. 1099. se respondere pos-
federit, leg. possidere responderit. l. 22. n. 1102. talis, taliter. p. 191. l. 30. n. 1115. restituetur, asseratur.

p.192.l.24.volens, ibi prima sup. ergo expungatur. & ibi. & si item, sirtem. p.193.l.30.n 1129. præcium, præiudicium. p 195.l.pen.1151. secundum sit, ibi sup. p.199.l.15 n.1188. data, datus. & , seu, ibi sup. l.21.tumultuariæ, numulatiæ. p.201.l.8. nu. 1209. dixisset, ibi sup. l.27 præstat, per se stat. p.205.l.17.n. 1238. Gigas eod.tract.9.n... adijc. In rub. De his qui in crim. læs. maiest.cognos.poss. quæst,1.num.1.2.&3. pag.206.l.9.num.1245. perniciosiorq., perniciosioresq. p 208.l.22. nu. 1262. commeritationi, commentationi.

In nuncupatoria ad Illustrifs.D.Cardinalem. Pag.1.l.4. Et, Vt.l.13. Et, Atqui. P.3.l.9. fugiet, fuget. l.13.Quod si, Sed. l.20 his sis. P.4.l 6. Sedi, Sedis. P.7 l.12. reddere, addere.

In Littera ad Lectorem. Pag.1.l.20. non. secunda ibi sup. & dicatur alteram mētientem. P.2.l pen. conuertendo, adducendo. P.5.l.32.munere, munera. P.6 l.8.post verb.viridis, ad. liquidis. l.9.desperat, deferat. l.13. illum, illis. P.6.l.20. versuculæ, verruculæ. l. 27. suos, suo. l.29. contemnere, conquirere. P.7. l.27. imbecillitatem, imbecillitati.

In Carminibus,& in Ottastico Auctoris ad Lect. versu 3. P. 1.vincta, iuncta. versu 5.lacesas,lacesses.

In Ode Secunda D. Danielis Daberij, versu 4 torpet, torpor.

In Carminibus D. Annibalis Segatij, ibi, Tabellico, Tabellio. rursus in vlt. lin. gratis, grates.

Alios errores minutulos, vt si vocalis pro vocali, consonans pro consonanti, vel duplex consonans, vbi simplex penes debuisset, rursus simplex vbi duplex, casus pro casu, numerus pro numero, & huiusmodi, Lector per se ipsum corrigere potuit,neque enim ad omnia Typographi oculus intentus esse potuit, & multa eius oculos in his effugere possunt, quæ culpæ ascribi non possunt.





FERRARIÆ. M. DC. VIII.

Apud Victorium Baldinum, Typographum Cameralem.

De consensu Superiorum.